ymeat (obsecro) mea malicia / pietatis tue viscera. ¶Noli etiam (pcto domine) apud me querere ꝛ innocēcie meritū. qui gratis iustificare cōsueuisti impium ¶Nec pactaris (dēpcor) obstruí fōtē tue pietatis. torrente mee miq̄tatis. Aufer (oro domine) cūcta obstacula. ut libere / fluere possint gracie tue stillicidia. ¶Non tñ dñe ptendo in tuo amore sētire tantū suauitatē. ꝛ nullā difficultatis ḡuitatē. cum nouerim hoc contra amoris fore cō ditōnem. sed solum hoc me mouet. quia michi in tuo amore / est consolacio rarior. ꝛ grauedo crebrior. cuius contrariū ego libenter haberem. ¶Sit tamen quicquid sit dñe. siue fiat per dura / siue per blanda / dummodo amore tuo non ex toto ca ream / nullam volo vltra de hoc mouere q̄ relam. ¶Igitur proiicio me totum in tue paterne pietatis sinum. ut fiat semper in me tua benedicta voluntas ¶Domine? ¶Recte sapis. bene loqueris. ¶Quia vero miraris de difficultate in meo amore / audi racionem. ¶Si virtutum est versari circa ardua (prout ꝛ mundi sapientes non

ignorant) ⁊ caritas seu amor dei (prout constat) est virtutum regina / non miretis ergo / de ipsius difficultate. Verum est / ⁊ alia huius difficultatis racio. Ne enim vilescant in animo ingratorum mea dona / facio ea per laborem expertum ipis preciosa. Quod enim laboriose est acquisitum / magis diligitur ac diligencius custoditur. Eciam quoniam in difficultate augetur desiderium / vitaturq; presumpcōis piculum / ⁊ crescit meritum / ideo pia dispensacōne agitur in electis dei / difficultatis huiusmodi negocium. Noueris quoq; addit C Domine quomodo non oportet caritatis eminenciam in hominibus colligere / ex magna (quam nōnulli habent in suis oracōibz) deuocōne. Illā quippe deuocōnem / a me gratis recepērt / quam augere aut minuere ad beneplacitum meum possum. Sed ibi attende / cū videris aliquem infortūniis / infirmitatibus / iniuriis / contumeliis / aut aliis aduersitatibus grauatum / ⁊ michilominus hunc in diuinis laudibus / ⁊ aliis pietatis opibus / pro modulo virium suarum /

perseuerantē manere/ michiq3 cum beato iob benedicere/ t bene contentum esse/ id q3 quod p debilitate t impedimentis le = gittimis / non potuerit perficere · michi humiliter cōmittere · nec propter huius modi grauamina/ac gracie subtractionē/ murmurare./ de tali homīe/ sic se equanimi ter hábente /potes digne tenere./ q3 cari = tatis eminēciam possideat./ t magnus ami cus meus existat. Ego. Modo intelli go domine./ q3 multi mecum errant./ t ego secum ./ in iudicando de caritatis seu amo ris perfectione ./ seu plenitudine ./ quam putabamus consistere ./ in singulari nōn' loꝛum deuocōne./ non habendo respectum ad id/quod tu modo aperuisti verum fun damentū. Gracias tue pietati dulcissime domine./ quia tam dignāter dirigis nos / ne erremus./ t doces/ vt nos emendemus Adhuc tamē domine (vt cum tua indul gencia loquar) tenet me admiracio ./ cur te diligere cupientib3 /reddas te tam dif ficilē./ t quasi pre ceteris duriorem. Pa= tet hoc in sanctis martiribus ./ t multis alijs sanctis./ t iustis./ mortuis t viuis.

Attamē quanto plus permittis eos tri
bulari/ tanto amplius ipsi videnē in tuo
amore feruescere ¶ Domine ¶ Questiōez
moues./ cuiꝰ intelligentia est super tuas
adhuc vires. Quam melius intelliges./
qñ incontemplactōne proficies. Pro nē
autem tibi sufficiat qđ dico. Quos amo/
arguo./ et castigo. Michi cariores/ facio
michi similes ¶ Ego ¶ Parce dñe mee
temeritati. Ignorantia dā quomodo di=
lectionem impediat Cap xxvi Egó

Reseruasti seruulo tuo indigno
dignanter (dignissime dñe)
causas aliquas/ de difficulta=
te/ in tui dilectione./ sed si nō
displiceret/ ego vellem adhuc addere ali
as./ sub tua paterna tamen correctione./
que non parum videntur facere ad huiꝰ
modi difficultatem ¶ Dominus ¶ Loque
re. audiam te./ quia prius audi uisti me
¶ Ego ¶ Tecum disputare domine/ ad
instar serui tui iob/ nō presumo sed hoc/
quod occurrit/ cum tui licencia/ causa
informacionis/ humiliter proponere vo=
lo. Intellexi domine/ q amoris negociū

magis ad effectum/ quam intellectū perti
neat./ ita tñ ut intellectus /nō ex toto ex
cludatur./ sed tangꝫ captiuus/ affectui se
qdāmodo submittat. ¶Nichilominꝰ tñ vide
tur michi dñe/ in fatuitate mea/ qꝫ nō paꝛ
impedimēti nobis moꝛtalibꝫ pstet/ qꝫ miꝰ
de te intelligimus/ quā angelici spiritꝰ/ ⁊
anime beate exute coꝛpoꝛibꝫ./ cū vtiqꝫ ita
sit naturaliter/ vt michil a nobis sit voli=
tum/ neqꝫ amatum /nisi pꝛius sit cognitū
¶Nam quod nemo nouit quando hoc di=
ligit? ¶O igitur quam felices sunt beato=
rum spiritus./ ⁊ qꝫ miseri sumus nos. ¶Nō
emi de tui cognicōe/ ipis est facie ad faciē
continue /hoc est nobis p speculū ⁊ enig
mate. ¶Puto nanquam domine / si plus ō
te intelligerē / qꝫ eciam amplius te dilige
rem ¶Dominus ¶Si memoriter retine
res /que supꝛius commemoꝛata sunt./ nō
modo sic argueres de ignoꝛancia. Et vti=
nām in tantum me diligeres/ quantum ō
me intelligis. ¶Non enim ex toto me ig=
noꝛas. Triplici quippe lumine illuxi ti=
bi./ si bene aduerteres. ¶Habes nanqꝫ a me
lumen nature./ lumen scripture./ ⁊ lumen

fidei catholice. ¶ Per que lumina tria / po=
tes (si volueris) me vtiq; inuenire . ym
mo non poteris me ignorare . eciam clau
sis (vt ita dicam) oculis . nisi omnino p̄
uatus esses vsu racōnis . Ex natura ete
nim intelligere vales . ductu racionis /
q; ego sim . & sim tui causa . cum ex teip
so non sis . Similiter ex scriptura intel
ligis (si vis) qualiter ego sum ex me . &
cuncta non ex se . ꝯ p̄ me . sic & tu p̄ me .
Sic eciam per fidem inuenis (si vis) quo
modo ego sim / auctor salutis tue . te p̄
prio meo redimendo sanguine ¶ Insuper si
quas speciales in te noueris gr̄as / recole
queso vnde eas habeas . Mirū igit ē . cur
ignorancia mei / in argumētū quasi excusa
cionis / p̄pter difficultatem de diligendo
me / pretendere audeas . Verius nanq;
posses tuam allegare ignauiam . quā ig
norancia ¶ Ego // ¶ Parce michi domi=
ne . quia locutꝰ sum incaute . ¶ Presume=
bam bene / q; tali responso / meam velles fa
tuitatem retundere . Tamē conceptū ser
monem / non potui retinere . ¶ Nichilomiꝰ
eciā audiui libēter . q; disseruisti dignanter

S

Et addo ego dñme: quod non est quis=
quam peccator tam magnus (sit ille iu=
deus: paganus/ aut malus cristianus) q̃
non plus quam ego te diligeret/ si tātum
quātum ego te cognosceret: etiam si vix
medietatem a te recepisset beneficiorum/
que ego miser / de tua bonitate paterna /
tam copiose recepi. Hoc dico dñme in
propriam meā confusionem: ⁊ ad tuā dig=
nissimam laudem. Sed ignosce peccatis
meis obsecro/dñme deus meus. Parce
meis negligencijs. Remitte meam ingra=
titudinem. Tolle meam iniquitatē. Da
michi vite emendacionem. Transeant ve
tera in oblitionem. Noua sint omnia/ per
amoris tui vinifici /infusionem. Tu enī
nosti dñme/ q̄ nichil boni est in me: nisi
dilectione tua operāte. Nichilq̄ meriti /
nisi virtute amoris tui. Caritas igitur ē
omnia. Quam qui habet/illi omnia coope
rantur in bonum: qui autem ea caret / nul
lum verum de suis operibus exspectet p̄
mium: etiam siquā habere videatur de ge
nere bonorum. O igitur sancta caritas:
quam necessaria es nobis miseris.

Amoris opationes varie et cor offertur. Capitulum xxvij

Ego Supius bñ audiui dñe. / q̄d sit caritas. / dilectio. / seu amor. / vnū capiēdo p reliq̄. / tā causa lie q̄ effectualie. / adhuc tñ d ipi? quittitate / nō parū moueor. / ꝓpter ei? varias / ymo t sibi inuicem quasi con trarias operacōnes. / t nescio quid inde se tire debeā. Vtinam placeret domine dul cissime / adhuc aliquid de hoc tangere.

Domin? Putabam q̄ superiora debe rent tibi sufficere. / quia tamen adhuc du bitas / audi pro quo postulas. Amor me us / est quoddam sentimentū internū. / ex dulci t amaro confectum. Et est vinum nouum. odoriferum. / t saporosū. / non de= puratum. Suauitas mentis est ineffabi lis. / nō ad accipiētis nutum perseuerabi lis. Jocunditas mentem ex hilarans. / que cum teneri putatur / non compārē? Gustus super omnia delectans / sed non ad nutum faciens. Mentem sic cibans. / vt post refectionem plus sit esuriens. Est q̄ mana celeste. / ome i se delectamentū

continens / non tamen ommfarie palatū
cordis oblectans. Et est gaudium mero
re mixtum. merorq; gaudio annexū ha=
bens effectū . Est consolacio ꝓducens la
crimas · nūc tristes / nunc letas. Et ē tale
quid / vt n̄ satis possit depingi calamo · ne
q; satis explicari verbo . Et verbis si exp̄
meretur / non tamen intellectu plene ca=
peretur . In intimis cordiū potest quidē
sentiri / sed racōne nequit ꝓprehendi · ne
q; voce ēnunciari · Et vt breuiter multa
expediā. Verus amor meus / est tale q̄d /
quod nemo nouit / nisi qui accipit · quod
nemo accipit / nisi qui sollicite querit · qd̄
q; nemo querit / nisi qui prius aliquid n̄
de gustauit · De quo ⁊ dubitatur per nō
nullos / an amor ipse sit / vel an potius sit
ipsa res amata. Sed de hoc nullum ma=
net dubium · ymmo ⁊ est certissimum · sit
quicquid velit / hoc ipsū / amando queritꝫ ·
amando inuenitur · ⁊ non nisi amando pos
sidetur ¶ Ego // D domine quam dulcia
me docuisti d̄ quittitate amoris · tibi laus
honor ⁊ glozia / ꝓ omni bonitate tua.
Vtinam bone domine digneris hec scribere

in corde seruij tui quattenus per hec/in cō trarietarum qualitatum tui amoris vicissi tudinibus/semper equanimis possim per seuerare./usq; in finem. ℂ Dominus Quomodo vis./vt in corde tuo/scribam a more meū./nisi tuipse/cor tuum michi primum donaueris? Alioquin perderem quicquid tibi impenderem ℂ Ego // O do mine./intelligo (vtputo) quid vel'. Sū memor verborum tuorum (O eterna sapi encia) que p sapientis dixisti oraculū./sic i quiens./Prebe michi cor tuum./fili mi./ O quam libēter dñe hoc faciam./sed doce obsecro formam ℂ Dominus // Intelli= ge id faciendū./p cōdialē feruentē affecti onem./qua oīibus ceteris amoribz exclu sis/semp michi intendas./Ita vt veracit dicere queas./Ego dilecto meo/supple i tendo./t ad me conuersio eis. ℂ Ego // O domine./de feruenti affectione me ex= pedire nescio. Tu enim meū nosti (heu) torporem. Sed vtinam istud tibi place= at dñe sacrificiū. Offero enim me tibi to tum·tūc etiam domine habebis cor meum Volo nāq; dñe libenter esse sine corde./si

tu digneris cor meum habere. Ymmo si haberem cor ita magnum / vt corda simul sūt ommiū hominū / & hoc ipm cor / esset ea stissimo / sinceriſſimo / & delicatiſſimo amore / plenissimum. nulli domine hoc cor vel tē fauere. nisi tibi. sciens. q neq; sic / tuo dulciſſimo / quo tuo me diligis / amori / possem p minimo respondere. Nunc ita q; / quia nichil possum vltra. accipe (obsecro bone domine) tue pauperule facture / gratanter oblacionem. & sicut tibi placet. da michi cor aliud. ne forte absq; corde incidam in mortis diserimen.

¶ Dominus ¶ Rem grādem feciſti. meq; addandū tibi cor notū / obligaſti. Quod & facere volo. si tamē te michi seruare fidem inuenero ¶ Ego ¶ Domie eya pāce michi. quia tuo amore quasi ebrius / nescio quid feci aut dixi. Si tibi placet / bene. sinautē / ignosce.

De cordis inſtabilitate. eiq; cauſa. & remedio. Cap xxvin Egp

Quor meum / ymo & me totum domie / tibi obtuli. ꝯ (proch dolor) odicōnē fidelitatis / quā

tu apposuisti/ non seruaui. ¶ Heu cor meũ nanq; post./ vt ante/ in diuersa rapitur. ñ tibi/ & tuo amore soli intẽdit./ sed pene cũ omnibus que sunt in mundo/ se occupat./ & te/ tuumq; amorem/ quasi p nichilo reputat. ¶ Nulla non est res aliqua/ tam vana/ inutilis/ aut turpis/ quin cordi meo/ illabatur cicius/ quam tu./ aut amor tuꝰ Et quamuis ipsum reuocare coner quandoq;/ nichil tamen possum proficere. Vnde puto fuisse michi vtilius./ si fortassis cordis tibi non fecissem oblacionem./ q̃ offerre/ & oblatum repetere. aut non donasse/ quam donacõnem infringere. Ve michi misero. Sperabam amoris perfectionẽ appropinquare./ & in eo proficere./ sed remocior factꝰ sum./ & magis incipio heu deficere ¶ Dominus ¶ Siquid bonẽ egisti/ non te peniteat. Noui enim tuam intencõnem./ nec ignoro tuã infirmitatem. Supra satis tactum est./ de operacionũ varietate/ in amore meo. Noli igitur querere in via./ qđ promittitur in patria Hic/ contrarias oportet sustinere vicissitudines./ ibi erit solida res ¶ Ego ¶

Scio domine q̄ ita est/ut tu dicis. Attñ multum miror/sup inquietudine mei cor dis. quia vix ad momentum/possum ip sum in aliquo stabiliter retinere. Vnde ꝛ hoc bone domine? Dic obsecro vnde/si fō sitan possem remedium inuenire? ¶ Do= minus ¶ Scias huiꝰ istabilitatis causā fore peccatum. Quia enim homo noluit in p̄mis parentibus suo obedire superio = ri/ sed mandatum dei trangressus est/ Ideoq; in p̄nam peccati originalis/ ꝛ sē sualitas rebellisat racioni/ vt homo etiam cum vult/non sciat/ nec valeat. absq; spe ciali dei gracia/ salutem suam operari. nec cor suum/ad salutaria/facile/absq; coacti one/reuocare/ salua tamē (intellige) sem per libertate/liberi arbitrij. Sponte enim homo deseruit bonum suum in commuta= bile/ scilicet deum. ꝛ declinauit ad ꝰmuta bile/ post suas concupiscencias eundo. quare ꝛ in p̄nam peccati/cum conatur re gredi/nequit/ nisi diuinitus adiuuatur. Remedium ergo retinendi cor/de quo q̄ ris/noueris esse dei graciam p̄cipaliter/ put scriptū ē Optimū ē gr̄a stabiliri cor

Verum/ multum huic gracie coopari po
test/hominis diligencia. Si videlicet ho=
mo studeat/ cum diuino auxilio/q̄ndo cor
dis sentit distractiones/cor ipsū sepiꝰ re
uocare./ & ad spiritualia/ & vtilia/ quasi vi
olēter cogere. Eciam vera & profūda hu
militas/facit hominem multum internū./
& excludit ab eo pene omne externum.
Humilitatis quippe est/ cor hominis con
gregare. quēadmodū supbie ē, ipm pene i
omem ventū dispergere. Igit noueris./ nō
tibi imputari dampnabiliter in culpam./
huiusmodi cordis instabilitatem. presertim cum p te n̄ prestiteris tibi causam no
tabiliter./ aut occasionē. neq; habueris in
hac inquietudine cordis/ placēciam./ ꝛ
magis grauamē/ & detestacōnem. Ymmo
potest tibi cedere in meritum./ ꝓpter labo
rem quē sustines/ intendo in contrariū. &
ꝓpter tuā hūiliacōnem./ quā hinc ꝯsequeris. ꝯsiderādo hāc in te miseriam./ & confi=
tendo huiusmodi tue infirmitatis exercicium. Non enim tibi esset bonum./ si cūcta
succederēt (eciam in spiritualibꝫ) tuū ad
nutū./ ꝓt̄ ꝓsumpcōnis maxime piculum

cauendum Ego Gracias tibi dulcissime domine. quia vtiliter instruxisti me. Cōualescat ozo tua doctrina in me. et pace cordis mei instabilitati Quam tu sol? cum placuerit/ potes in melius commutare. Tuus sum ego. saluum me fac.

Quare quandoq; dominus non exaudit. Capitulum. xxix Ego

Dixisti dñe superius aliqua de hoc. cur diligere te volētibz/ reddas te ita difficilē. diuersa grauamina eis occurrere p mittendo. et eos quasi non exaudiendo. cum te inuocauerint. non tamē michi adhuc satisfactū est. p adductas p te tunc racōnes Moueor enim nō pauz dñe hic. quia cū spūalia et salutaria peto / puta caritatis affectū/ et in eo pfectū/ et cetera huiꝰmodi/ videris q̄si nō aduertē. vt salua tua (sic loquar) gra/ nec curas pauculi tui desiderium attendere. Quia ō q̄n to plus quandoq; te pulso/ tanto aridior fio. Cur facis hoc bone domie. cū tamē sis auctor pietatis. et pater misericordie. Nō dubito qui totū facias pia intēcōe.

atq; dispensatiue. Vellem tamen libenter aliquid inde intelligere. pro mea in huiꝰ modi temptacōnibus/ aliquali ꝺsolacōne Satis intelligo dñe. q; sic fiat mecū ꝓpt̄ ꝓcata mea. necnon propter cautelam / ad humiliandū me. t ꝓbandū in me longanimitatē. atq; ad augēd ꝺsideriū. t ex consequenti t meritum. Sed quoniā hec racōnes sunt generales/ audirem libencius speciales ¶ Dominus Possem tibi bene respondere t dicere. q; contra scripture consilium/ nimis velis esse curiosus/ in ꝺi iudicijs t operibus. racōnes q̄rendo/ plꝰ quā necessariū sit. ne tamē turbatū/ ꝓturbare amplius videar/ audi in specie aliq̄d inde. vnde te dicis motum. Cum salubria videris petere/ t a me non exaudiris. crede firmiter. q; indubitanter t veraciter te exaudio in tempore opportuno. licet pro tuo bono differo. Multa enim iustis. nō statim vt vellent tribuo. sed tempus quo congruēcius dentur/ exspecto. Igitur hij/ si fide t spe ꝑseuerantes/ ad me clamare nō cessauerint/ tunc tempore debito experimēto discent. me eorum desideria non

contemplisse. Nolo enim vt quis michi exaudiendi p̄figat terminū/sed ut magis humiliter meum p̄stolet beneplacitum. Ego enim electis meis/libentissime eorū desideria tribuo./etiam abundancius quā ipsi presumere audent./dummodo hoc p eorum fuerit salute. sinautē./tūc tamē tribuo alia meliora. Esset ergo homini valde proficuum/si in oracōnibus suis/et desideriis spiritualibz/ymo etiam in corpalibz q̄ buscunqz necessitatibz/eum quē docuí seruaret modū./cū dixi in agonia ostitutus Pater si fieri potest/transeat a me calix iste. Non autē sicut ego volo./sed sicut tu./fiat voluntas tua. Deoqz etiam instituí./ut in oracōne cotidiana dicat. Fiat volūtas tua/sicut in celo et in terra. Mlt̄ tum quippe michi placet./et est homī valde vtile./vt homo de me bene confidat./et michil de se/suisqz viribus/virtutibus/meritis/et factis/seu deuocione/et industria/presumat./faciendo michilomi= nus quantum in se est/quicquid potest. Talem hominem non possum derelinquere. Et si sibi videat interdū./q̄ quasi a me

derelictus sit. ⁊ in suis aduersitatibz. tunc
sit memor. qualiter michi in cruce conti
gerit. quando pre nimio dolore ad patrē
meū celestē clamare cogebar. Deus me
us. deus meus. vt quid dereliquisti me.
Nō q mea humanitas fuerit a dēitate de
relicta. sed humanitas tanta patiebat.
q ei videbatur quasi esset derelicta. cū a
diuinitate nullā peciperet in tantis afflic
tionibus cōsolacōnem. Si igit tibi q̄nq̄
similiter cōtigerit / tūc cogita q te maxi
me diligo. quia te michi similem hic i pe
nis / ⁊ per consequens etiā p glām postea
in celis / quātum possibilitas admiserit /
facere intendo. Adhuc vnum de exaudi
endo vel non exaudiendo addā dixit.
¶ Dominus. bene aduertendū / q̄m ni
sericorditer aliquos ~~adeorum~~ oronibz ñ
nunquā ñ exaudio. ⁊ dampnabiliter in
malum eorum / nōnullos cōpetūt / exau
dio. In exempla tibi sint. paulꝰ apostо
lꝰ. quē noluit audire. q̄n pecijt a se aufer
ri stimulū carnis. ⁊ filij israhel / dum im=
portune peterent regem. quibus eos
audiendo in furore meo regem saul dedi

Sic ⁊ pia mater / dilecto puero / nō sem
per dat que desiderat. Et prudens medi=
cus / concedit egro quecunq; vult / quan
do de eius salute desperat. Cōsultū igit̄ ti
bi sit / vt in tuis cūctis necessitatibz / fidu
cialiter me petas / sed temp⁹ modū ⁊ ef
fectū exaudiendi michi relinquas Ego
Gracias tibi dulcissime dñe · quia tam sa
lutarem dedisti michi doctrinam . Da bo
ne domine / vt secundum eā / me regere va
leam / ne gratis in me laborasse videaris .

Quomodo deus vult inuocari p̄ mediū sanctorum. Cap̄ xxx Domin⁹

Adhuc vnum te docebo modū
quem seruabis / quādo in oīo=
nibus tuis efficacit̄ ⁊ cito ex
audiri vis . Fac sicut scriptu
ra illa dicit . Ad aliquem sanctorum con
uertere . Ego nanq; singularem habeo cō
placenciam / in meorum sanctorum hono
rificencia / eis a mortalibz impensa . Vnde
do vni graciam subuenēdi se inuocātibz /
in necessitate vna / alteri vero succurren
di sibi deuotis / in necessitate alia / qua=
tenus sic in ommibus honorificet̄ / q̄ cos

condidit. elegit. sanctificauit. & glorificauit. Quare & quādoq; exaudio inuocātes aliquē sanctorū nō maiorem. & inuocantes maiorem/non exaudio. vt sic singulis honor etiā a terrigenis/impendat. Sciam nosti. q; quicunq; negocia aliqua habet in curia terreni regis expedienda/hic cause sue querere solet patronum. inuocat regis domesticos. sollicitat regi acceptos. rogat quoscunq; regi familiariter notos. vt dignentur eum/suamq; causam in conspectu regis habere recommissos. reputās seipm indignum & insufficientem/ad apponendum & tractandum suam causā. corā regali maiestate. Hunc modū (put nosti) seruauit mulier chananea. interpellando pro sua filia. Nam cum ei dispensatiue respondere differrem. ipsa fortis mansit in fide. perseuerauit in humilitate. & non cessauit a sua deuota importunitate. quibus mediantibz causis/& apostolorum meorum in se prouocauit compassionem. atq; intercessionē. quare & meruit a me sui commendacionem. & filie sue liberacionē. Ideoq; si hāc

et tu immitatus fueris orandi formā/ferociēs ocius/ꝛ crebrius/tuis in precibus / consolacōnem optatam. Sed noui / qm̄ cum tuis in oꝛomibꝫ me quasi tibi durū / ꝛ in exoꝛabilē putas / ꝛ in adūsis cōsolacōnem nō ad nutū tuū repoꝛtas / cito cū q̄dam mētis deiectōne/ab oꝛonis instācia cessas. Attamē tunc debes magis adoꝛādum teipsum cogere / sicqꝫ multū posses in deuocōne/ gracia/ꝛ virtutibꝫ / proficē Accipe in igne similitudinem. Cum enim ignis/a vento ꝛ aqua sibi contrariis /sentit pugnā/amplio ꝛ validius inualescit / ac stridentibus flāmis/se quantū preualz/ defendit / faciendo eis tota virtute sua / resistenciā. Sic ꝛ homo deuotus deberet facere/ in temptacōne quacūqꝫ ei occurrente ¶ Ego ¶ Gracias tibi referāt (opto domine) omnes sancti tui / qui tā bonū tradidisti michi indigno modum orandi. Quod vtiqꝫ fecisti domine / ex nimio quo tu me diligis/amoꝛe / ꝛ ex mera tua bonitate. O amoꝛ indeficiens / cuncta transcendēs / nullo egens/ omnibus abundās / mentes imutans / te gratis omīicās eis/

qui te desiderant. / nemini te denegans. / m
si eis qui de te nō curant. / de hominibus /
deos faciens. / terrena / celestibus iungēs.
sine quo nullus est felix. / cum quo / nemo
est infelix. / quibz te laudibus referam ne
scio. / & tamē ex toto tuas laudes tacē ne
queo. Eya quādo vis me mutare in virū
aliū? Veni obsecro. / o amor dulcis in ser
uuli tui cor. / quod creasti. / reple vasculū
quod fecisti. / dilata opus qđ statuisti. /
fac tranquillū qđ inquietasti / perfice qđ
cepisti. / cōsolare qđ turbasti. / sana qđ vul
nerasti. / posside quod ꝓprio sanguine emi
sti. / vni tibi ex toto. / quod in pte tibi at=
traxisti. Tue enim dñe sunt delicie. / esse
cum filijs hominū. & nostre sūt diuicie do
mie / esse tecū. Sic igit̄ supdulcissime do
mie. esse digneris tu semp mecū / vt ego
semp valeā esse tecū. & a te nūq̄ separer ī
ꝑpetuū. hoc enim ꝓprium ē dñe (vt nosti)
amantis & amati. Alioquin verus amor
ibi non est. Sanctorum muocatio pro
caritatis donario. Capitulum xxxi

Veniam dociisti Ego
me domie ut querā in oīonibz

meis patronos ⁊ mecessores/ ne frustra orasse fortassis videar/hoc libenter facere volo./gracia tua/ pauperculo tuo succurrente. Primum igitur venio ad te o vgo virginum./que genuisti dei filiū./plꝰ i te/ quā in omnes sanctos ofidens. Scio enī ꝙ tu potes apud dñm deum meū/ pluſꝙ omnes sancti. O regina celorꝝ./mater regis angelorum./mundi domina./impatrix tocius orbis glorioſiſſimā./Sed ⁊ mater misericordie piſſima/ peccatorum aduocata fidelisſima/reorū reconsiliatrix clemtiſſima/miserorꝝ cōsolatrix dulciſſima/fateor me indignum inuocare nomē tuum sanctum./Tamen necessitate me compellente/recurro ad materne/virginee/⁊ dificate pietatis tue viscera./que nūꝙ alicui tibi supplicanti/ clausisti./totꝰ lacrimis cōdis suffusus/ ante sanctitatis tue pdes iacens prostratus./ego totus paup/ miser/⁊ miserabilis peccator/petiturus (domia mea) a tua clemēcia/ vnā elemosinā./ ne fame peā Peto (inꝙ o dña mea./ dña mea caritatiuſſima) te/ p illū caritatis ardorē/qui te matrē dei fecit/ cum diceres

Ecce ancilla domini/fiat michi secundum verbum tuum./impetra michi saltem vnā scintillam caritatis./ a tuo dulcissimo filio. qui tibi michil negabit. Alioquī (domina mea) ad pedes tuos /pre caritatis fame ⁊ siti/moriar. Et sic/domina (vt gr̄cia tua sic loquar salua) tu videreris / in morte mea rea. Quia nō subuenisti/vt potuisti. Ne permittas h̄ bona domina/ vt talia dicantur de tua magnificencia. O vos beatissimi celestes spiritꝰ/trium gerarchiarum/⁊ nouem chororum./sancti seraphim/cherubim/⁊ throni/dñacōnes/principatus/⁊ potestates/virtutes/archāgeli/⁊ angeli. Quos in dei laudibus ⁊ gloria celesti/confirmauit caritas/qua mediante vos angelis apostaticis cadentibus / stabiles permansistis / qua ⁊ perpetuo felices estis/qua etiam incessanter continue flagratis / eya miseramini mei indigni seruuli vestri · tamen dono dei racionis vobiscum · et perconsequens glorie celestis / capacis./ impetrando michi a summo patrefamilias (cui vos carissimi estis) caritatis elemosinam./ ne corpore

et anima peam. ⁊ sic non promouendo ve
strum mendicum/sed perire paciendo/vti
q̄ non euaderetis (ut/gracia vestra sal=
ua/sic loquar) negligencie signum. Sed
⁊ vos beatissimi patriarche/prophete/apo
stoli/martires/confessores/virgines/⁊ o
mnes/in ea caritate/qua saluati estis/
sitis (obsecro) meores mee q̄ pacior mi
serie./quam ⁊ vos quandoq̄ tollerastis./
⁊ quam vos per caritatem/misericorditer
euasistis./⁊ subuenite mendico vestro/mi
chi misserrimo/communicando michi sal=
tem vnam caritatis micam/aut guttam/
de vestra abundancia./ne ad pedes sancti
tatū vestrarum/pream media./quod ce
te (vt salua vestra caritate ita loquar) nō
esset glorie vestre absq̄ nota./cum con=
sortem nature/permisissetis sine elemosine
subsidio/interire. Specialiter tamen inuo
co pro caritatis elemosina/vos omnes
meos sanctos patronos./de quorum me
ritis ⁊ promocone singulariter presumo.
Eya nolite pietatis vestre viscera/michi
seruitori vestro indigno/claudere./qui me
rustis deo per caritatem placere./cuncta

mala euadere. ⁊ ꝑpetue beatitudinis glo
riam percipere. Alioquin cogerer dicere/
q cum mutacōne status vestri / etiam mu
tassetis caritatis affectum. non in lauda
bilius /sed in deterius. quod absit. quia
hic ex caritate fuistis compassiui / nunc
vero videmini duri. Cordialissime tamen/
singulariter singulos rogo / vos omnes
sanctos / ⁊ sanctas dei / qui pre ceteris
sanctis / ⁊ supra alios sanctos / fuistis et
estis / a deo / caritatis dono specialiter pri=
uilegiati ostendite vestre caritatis mag=
num affectum / erga me pauperculum ve
strum in effectu. ⁊ nolite me inopem a ve
stris opibus excludere . nec manu va=
cua permittatis (queso) vestrum mendi=
cum / a vestro conspectu recedere . Quo=
modo enim alias relucebit vestra caritas /
nisi eam experiatur miserorū necessitas.
Eya domine deus meus / iam nescio quid
vltra debeam facere. miserere pauperculi
facture tue. Tu nosti seruuli tui deside=
rium . Et si iuste preces meas non exau
dis / non tamen potes tot intercessorū qt
inuocatū / contempnere interuentū. put

confido. Da ergo bone dñe/caritatis ne=
cessariū donū. Commendatur oracionis
instancia cum eius efficacia. Cap. xxxij.

Libenter audiui tuā Dñs
erga sanctos meos instanciā./
habeo in tua deuocone ꝓpla=
cenciam./ nec possum sanctorū
meorum /refutare (cū ꝑ te interpellaue
rint) peticōem. Verūtamē (quemadmo
dū etiā supius te auisaui) iterū auiso te/
vt tu facias id qđ in te est./ te hūliando./
pulsando./ & sanctorū patrocinia sepe ꝙrē
do./ & reliquū michi omittas./ scilicz mod/
& temp?/ exaudiēdi. Si ita feceris/ cōfi=
de q cū minus putas/ mirabilia experieris
¶ Ego // D dñe/ fiat voluntas tua. Ego
sum tuum figmentū./ tu es vnicum meum
refugium. Tu es deus meus./ ego pociū
cula creature tue. Tu es dominus me?.
ego indignus seruus tuus. Quicquid ti
bi placet/ fac mecum./ dūmodo nō me fru
straueris domie caritatis munusculo // Do
minus ¶ Si te defraudare vellem opta=
to/ nō incitarem tuum desiderium/ ad petē
dum ꝓ caritatis donariō. Volo autem

te scire/ q postquam anima michi deuota/
p caritatis dono/ t dilectionis pfectiõe/
seu amoris feruore consequendis / per ea
que potest exercicia/ Fecit quod in se est/
me scilicet desiderãdo cõditime / amore mei
nullis parcendo laboribz / t si omnia ppter
me contempserit / tunc tandem tempore
quo michi placuerit/ eam per mentis ex=
cessum/ sursum in contemplacõne rapio./
Ita vt fiat silencium in eius celo/ dimidia
quasi hora · nullaq alternãcium cogitacio
num tumultuacõne / animus huiq cõtem
plantis cõturbet. Nec vltra quicq inue
niat/ quod appetat./ michilq occurrat / qd
fastidiat./ Sed animq ipse totq / intra cõ
templacõnis trãquillitatẽ intromittitur
t colligitur Vbi sentit quẽdam affectũ/
multũ insitatum./ qui est tãte dulcedis/
q sentire quidem potest/ sed verbis neq̃ q̃
valet expmi. Hic affectus / si sic in anima
cõtinue perseueraret / tunc ipsa quasi fe=
lix ppetuo iam esset . Nam tũc michil sen
sualitas / michilq ymaginacõ / in anima o=
perantur. Ymmo t omnes inferiores vi=
res anime/ tunc proprio viduãt officio .

Sed anime superior vis / ac purior vis tūnc ín illud íntime q̄uetis secretum / sū meq; transquílitatis archanum / delectabilissima iocunditate íntroducitur Et ín hoc transquílitatis silencio / omnia que ipsius ánime sunt / silent. / quín ỹmo ⁊ ipsa anima / silet sibíipsi. / vt solū verbū eternū / tunc loquatur hiúc anime deuote / ín hac otemplacione. / Non quídē plínguā carmis / nec p alicuí? similitudmis fātas mata / sed ímediatē p semetipm. ¶ Ego ¶ Placent domíne que dixisti. / ꝛ otentari nequeo nisi expimēto didicero quādoq; que promisisti. / ut sic domíne cum tua licēcia / fiducialiter ⁊ non proterue / loquar. Si tñ tibi mea displicuerit ínstācia / tūc rogo domíe cūm vēnia / ut habeas eam p nlla. / Ego enim quādoq; nescio dñe quíd loquor. Sed quía multum de tua confido pietate / quícquíd occurrit mēte / hoc coram te effundere non dubito. / etiam voce vērbi ¶ Dominus ¶ Quantūcunq; te ad longānimitatēm hortor / video q; tu nichilominus / ín tua p:rseueras importunitate. / quā non ex toto abíjcio. / Si tamē nō

caruerit discrecōnis freno. Sed vnū adhuc tibi restat/in quo ꝓbandus es/ante q̄ beneficio quod petis/dign⁹ fias. Pro caritatis nāq; elemosina importune ⁊ opportune/ per medium meorum amicorum ⁊ sāctorum postulasti/ sed nōdū tu alijs indigentibus caritatis elemosinam forsitan ꝓ tuo modulo digne tribuisti. Ego D dñe deus meus/ quid est quod modo dicis? Multum nanq; de hoc miror. Domine quō ego possim alijs dare qđ ipe non habeo? Mendicus egoipe/ quid mendicis possim facere? Dominus Pro nūc supsedeo/ sed postmod tibi respōdebo.

Exhortatio ad caritatis elemosinam dādum alijs. Capitulū xxxiij Dom⁹

Caritatis elemosinam/ vnde alijs tribuas/ dicis quod non habeas. Miror/ si quod dicis/ non consideras. Si nichil esses/ verum diceres/ quia nichil haberes Nunc autem ex quo esse habes/ nec alijs domis dei cares/ non recte dicis quod caritatis elemosinam/ vnde alijs tribuas/ non habeas. Nonne habes intellectum/

affectum/ ⁊ memoriã. pedes/ manꝰ/ oculos/ ⁊ os. quibꝫ poteris/ cum vis/ michi seruire. ⁊ pximis subuenire. Et si ī ceteris tibi deesset facultas/ non tamen tibi deesse poterit/ cum vis/ bona voluntas

¶ Ego ¶ O pissime dñe/ ignosce mee insipiencie. quia non sic tuum verbū intellexi/ de exercendo caritatis ope. Putabā enim te velle/ ut ego alios caritatiuos facerē. cum ipe si caritatiuus sim ignorē. Nūc autē quia sencio/ qꝫ vis/ vt in caritate ⁊ ex caritate/ alijs p modulo meo p te michi cōcedendo/ caritatiue subueniam. ⁊ caritatis elemosinam alijs impendam. o domine/ quā libenter/ te me iuuāte/ id faciam. Sed tñ bone dñe/ quia tu nosti/ qꝫ argentum ⁊ aurū non est michi/ ⁊ quomā mops ⁊ pauper sum ego/ totusqꝫ miser ⁊ miserabilis/ ⁊ mēte ⁊ corpe/ adiuua me obsecro/ vt temptē/ si aliquid valeam saltem deuota oꝛone ¶ Domiꝰ ¶ Hoc est quod volo ¶ Ego ¶ Bone domine/ doce modū/ quō ex caritate p oꝛacōnes possim caritatis elemosinam dare. vt alijs pfi at/ tibiqꝫ placeat. ⁊ michi ecia pīguioꝛē

caritatis elemosinam obtineat ¶ Domine
Aperi oculos cordis tui. & vide quot mi
serie/ pericula/ dolores/ angustie/ gemitus/
ploratus/ ululatus/ & cruciatus/ sūt in to
to mundo. in terra videlicet/ & in purga
torio. O quot homines sunt in periculis
anime & corporis/ in diuersis mundi pti
bus/ de tuis fratribz & sororibz. nō tātū
tue religionis/ sed & omnīs religionis fi
dei cristiane/ qui indigēt caritatis elemo
sina/ ne ex toto depereāt. inē temptacō=
nū varietates/ atqz insidiārū iacula. Quo
rum aliqui paciūtur a ppria carne/ aliqui
a puersis hominibus. aliqui a maligms spi
ritibus. Et ex illis sunt aliqui in piculis
aque. igms. latronū. Ferarum. & egritu=
dinū diuersarum. Nonnulli quoqz ex eis/
clerici/ religiosi/ orphani/ vidue/ & misē=
rabiles persone alie/ defendere se non valē
tes/ oppressi sūt. iniurijs. falsis iudicijs.
& tyrannorum violencijs. Nonnulli vero
infirmitatibus/ doloribus/ paupertatibz/
semo/ & alijs diuersis incōmodis/ sunt fa
tigati nimis. Aliqui etiam ex hijs/ deti
nentur ita crudeliter in vinculis & cācerib/

q̄ magis eligunt mortem q̄ vitam. Alij sint in ꝑpetuos seruos ⁊ ancillas venditi infidelibus: vbi viliores bestijs reputāt' coacti/vel die noctuq; in frigore ⁊ calore in mari in nauibus remigare/ cathenis cō pediti: vel super terram/aratrum/aut curum/more equorum vincti trahere. ī cauma tibus solis/⁊ ymbribus frigoris/pane ⁊ aqua / non nisi ad solam necessitatē refecti: ⁊ vix camisia pro solo tegmine nuditatis /die noctuq; vestiti. Et cum ex defectu virium/aut alias/non ad nutū ribaldorum qui eos regunt/ambulāt/tūc flagellantur circa crura /vsq; ad sanguis copiosam effusionem. Quorum nōnulli / cum se quocunq; modo a vinculis possūt excutere/pre nimia mentis amaritudine/ ⁊ ex desperacōne seipsos miserabiliter perimunt in mare se precipitando: aut caput in petras illidendo. Attamen multi de talibus/sunt sacerdotes: clerici: militēs: mercatores: religiosi: ⁊ magni dominī in seculo fuerunt. Vnde tanto fit eis miseria sua grauior/quanto prius fuit eorum felicitas maior. Cogita etiam pie

quid fiat de virgimbus ⁊ mulieribus cri
stiams· que per infideles captiuāt. Qua
rum alique sūt/ mōiales./ nobles./ ⁊ mag
norum filie./ ⁊ vxores. Que/ ⁊ vitam re
dimant/ voluntatem eorū infideliū a qui=
bus detinent/ oportet q̄ faciant. Itē mlt
i sunt dyabolica fraude decepti/ multi a
prauis hominibus seducti/ ⁊ multi pro=
pria opinione illecti/ ad senciendum erro
nee in fide./ in moribus./ ⁊ alijs dogmati=
bus periculosis. Modo pensa bene/ si non
occasiōem inuenias sufficientem/ dandi ta
libus/ caritatis elemosinam. Adhuc autē
amplius attende./ ⁊ fide diligenter quoq̄
miserias fidelium defunctorum./ quorum
anime in purgatorij igne ineffabiliter g̃=
uiter puniuntur. Attamē alique ex hijs
sunt apud me magni meriti. Quas ex na
turali mea pietate/ licz vellem libenter de
tormentis eripere/ non tamen hoc sinit e=
quitas mee iusticie./ quo adusq̄ pro su=
is peccatis/ usq̄ ad minimum quadrātē/
satisfecerint./ per se in huiusmodi tormen
tis./ aut per alios viuos/ cum ecclesie suf
fragijs. Inter quas/ si tu adhuc· patrē

matrem/ fratres/ sorores/ aut alios ha=
beas amicos ⁊ benefactores/ pro quibus
vtiqz obligaris/ ad subueniendum eis/ ig=
noras. ¶ Nam dico tibi procerto/ q multo
rum anime ibidem adhuc purgantur/ que
ante annos multos a viris suis amicis/
putabantur/ ad gloriam euolasse. Ex
quibus sunt etiam nonnulli paupercule a
nime/ nulla alia habentes suffragia/ nisi q̄
in communi facit sancta ecclesia. Hij
sic in purgatorio detenti/ clamant sine in
termissione/ cum ineffabili desiderio/ ad
suos in terra amicos viuos/ ⁊ ad alios/
vt eorum misereantur. Quod certe val
de caritatiuum esset/ ⁊ opus magne pi
etatis. Quia amici dei sunt/ seipsos ta
men pro nunc/ iuuare non valentes/ sed
aliorum indigentes elemosina. sed ⁊ po=
tentes sunt/ post sui erepcionem/ pro=
mouere ⁊ iuuare alios/ aput deum
¶ Rursum dominus ¶ Vides ergo quot
modos/ quot causas/ quot occasiones
habes/ caritatis elemosinam/ alijs dādi.
⁊ alijs ex caritate subueniendi? Et si non
vales pecunijs/ beneficijs/ obsequijs/

ieiunijs/aut missis/vel alijs remedijs / cō
solacionem facere eis poteris admimus ta
libus subuenire / pro eis deuote orando :/
aut saltem ad deum/propter ipsos /lacri
mabiliter/ex Fraterne caritatis zelo/suspi
rando. Et noueris :/ q̄ de quanto plus te
m huiusmodi conpassionis affectū exer
cueris/ tanto citius ⁊ copiosius tu a me
caritatis domis/repleberis. Ita vt non ti
bi opus sit/ caritatis elemosinam ampli=
us mendicare ab alijs ¶ Ego ¶ D domi
ne quā bonam lectionē michi de caritatis
elomosina erogan da legisti :/ q̄ omnia mea
interiora (vt verum fateaar) ita concus=
sit/vt vix lacrimas possim continere · Cō
firma (obsecro domine) hoc quod opat?
es m me · Heu quante sunt humane con
dicōmis miserie. D misericordiarum pa=
ter/ ⁊ deus toci? osolacōmis/ne despicias
op? manuū tuaꝝ :/ ⁊ ne obliuiscaris nos
m finem. De caritatis elemosina pro vi=
uis · Capitulum · xxxiiij Ego

Gracias tibi de mine pissime :/
quia copiosam materiam mi=
chi mistrasti/ de modo ebuēdi

caritatis elemosinam. Largire (pcor dñe dulcissime) etiã caritatis tribuendi elemosinã/ formã tibi placidã. In nomine etenim tuo temptare volo orando/ id qđ tu dare dignatus fueris/ inspirando. Per sacrosanctam itaqz domie tuam passionẽ/ per diginissime gemtricis tue intercessionem/ per sanctorum angelicorum spirituum tuorum ministracionem/ p beatorum patriarcharum ꝛ pphetarum merita/ per gloriosorum apostolorum caritatem p scõrz martirũ ostãciã/ p illustriũ confessorz ducionem/ ꝛ pscãrũ virginũ ac otinenciũ puritatẽ/ obsecro domine clementissime. ꝙ eya nõ prevaleãt nostra peccata cõtra infinitã tuam bonitatẽ. Sed pocius attende (misericordissime domie) oim horz scõrz tuorũ pclara merita. ꝙ cũctorz qz tuorz iustorz ꝛ electorum pia vota. ꝙ ꝛ obliuiscere digneris clementer offensiones nostras. Memento qꝝ sumus tui/ licet caduci plasmatis. Ne des honorem nominis tui/ precamur alteri. Et ne intres in iudicium cum seruis tuis. ꝙ quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Tu eni factor

noſter es. nos vero opus manuum tua=
rum. Tu noſter es redemptor. nos preci=
um ſanguinis tui. Pater noſter michilo=
minus tu quoq; es. nos autem tui filij.
licet heu prodigi / & nimis indigni. Etiam
ſi nos occideris / adhuc tamen in te ſpera=
bimus. Scimus nāq; / quoniam etiā cum
irat⁹ fueris / miſericorditer recordaberis
Eya ergo bone pater / pie redemptor / om
nipotēs creatō noſter / rogo cōditimi⁹ ut
poſſū / reſpice libenter ordinē nrm. dirigen
do ipm tam in capite q̄ in membris. in p
latiſq; & ſubditis / feliciter in tui nominis
laudem. aliorum edificacōnem. & totius
eccleſie tue ſancte decorem / vſq; in finē.
Similiter cōmendo tue gracie / oēs reli
giones totius criſtianitatis / virorū & mu
lierū. Preſerua pie dñe eas a ruina. mlti
plica tua in eis dona / ad totius eccleſie
tue ſancte conſolacōnem. Potiſſimum tñ
oro bone domine / intuere paterne / ſanc=
tam romonam eccleſiam. fidei vtiq; nre
magiſtram. necnon dominū nrm apoſtoli
cum / tuū vicariū / cui regimen eius omitti
voluiſti. vna cum dominis cardinalibus /

patriarchis/ /archiepiscopis/ episcopis/ specialiter tñ cū nro ordinario. necnon cū abbatibz/ poribz/ ⁊ ceteris ecclesiarū plā= tis. ut spiritꝰ tui virtute/ cūcta fiāt rite/ digne/ ⁊ laudabilit/ in pacis trāquillita te. ad tui nois gloriā/ populiqz credenciū felicem augmentacōem Precipue tam pe to dñe/ vt ecclesiam tuā sanctam/ quā tuā weare spōsam voluisti/ ab hereticū veneno/ ⁊ scismatum cōtagio/ cunctisqz erroribꝰ/ semper pseruare digneris illibatam. cōtra infidelium ⁊ tyrannorum rabiem/ dextra potencie tue/ ipsam quoqz misericorditer protegendo. Da etiam misericors deus/ presbiteris/ dyacomis/ subdyacomis/ cle= ricis/ monachis/ monialibus/ ⁊ ceteris per sonis ecclesiasticis ministris tuis/ ac tibi deuotis/ gracie tue abundanciam. qua do tati/ valeant singuli seruitutis sue debitū/ tibi reddere cotidie. obsequium. non solū sine offensione/ sed etiam pro totius mun di salute. cristianeqz plebis conseruacōe Respice etiam oculis tue pietatis (que so omnipotens deus) romanum imperi= um. aliaqz regna/ et dominia terrarū. yma

cum nostro imperatore/ceterisq; regibꝫ/
principibus/ꝛ terre dominis cristianis./
necnon cum suis comitibus/cōmilitoībꝫ./
ꝛ clientibus/temporali gladio vtentibꝫ./
atq; cum eorꝝ subditis./vt dextre tue po
tencia roborati/paganorum/ꝛ aliorū infi
delium superbiā/ceterorumq; inquietorꝝ
temeritatē/potestate sibi credita/hīulia
re ꝛ compescere nouerint./ꝛ possint./ita
viriliter/ꝛ vtiliter/vt ommibus in eccle=
sia tua/ꝛ in populo cristiano pacatis/ti
bi auctori pacis/dignas vniuersi merea
mur graciarum reddere actiones. Tribu
ere etiā digneris bone dñe./cunctis rec
toribꝫ ꝛ officialibꝫ ciuitatū/villarꝝ/opido
rum ꝛ locorꝝ quorūcumq;/in terris xp̄ia
norꝝ/prudenciā ꝛ iusticiam/ad regēd dig
ne alios. subditis vero obediencia/ꝛ fi
delitatem/ad conuersandū pacifice inter
se/ꝛ ād maiores./quatenus in ommibus
vbiq; laus tua perficiatur Sint etiā tue
pitati (precor dñe) specialiter recōmissi
omnes mei consanguinei./benefactores/
amici./ꝛ pro quibus in specie obligor.
Fac eos (opto dulcissime dñe) experiri

ex mera tua gracia/ q̄ religiosorum fami
liaritas eis fuerit vtilis/ atq; consolato=
ria. Sed t inimicos meos/ t emulos ad
uersarios/ t persecutores siqui sint (do=
mine) dilectionī tue/ qua cuncta diligis/
t nichil odis eorum que fecisti/ commen
do. Da nobis pariter/ hoc est t ipsis t
michi/ veram caritatem/ qua tibi placere
possimus perpetue. Peto eciam mdulgē
tissime domine/ vt spiritum dones consilij
salutis/ omnibus errantibus/ falsis crista
nis/ peruersis t obduratis/ excōmūica=
tis t mēdictis/ necnō pfidis iudeis/ t ce
cis pagānis/ ad cognoscendum tuam bo
nitatem/ suamq; stulticiā/ ne ꝓpter suam
obstinacōnem/ incurrant finaliter ꝑpetuā
dāpnacōem. Et quoniā (put nosti do
mine) tēpali indigem9 hic consolacione/
igitur vt valeamus tibi seruire alacriter/
concede nobis propicius/ terrarū pacē/
aeris temperiem/ fructuum vbertatem/ t
corporis sanitatem/ cum alijs necessarijs
Refrenando hostiū rabiem/ tempestatem
comprimendo/ fulgura/ tonitrua/ gran=
dines/ t pruinas/ mitigando/ famem/

et corrupcōnem aeris/ꝛ flumīnū/ repel=
lendo./ necnon pestilenciam /ꝛ omnem lan
guorem/ auferendo. Valde eciam cordiali
ter deposco domine misericordissime quia
tibi cura est de omnibus/ ꝛ quomā tu es
miserorum consolacō vera/ eya sis conso=
lator adiutor ꝛ protector / vniuersis et
singulis./ tribulatis./ tēptatis./ captiuis./
tristibz./ ꝛ afflictis./ necnon vidius./ or=
phanis./ pupillis. mulieribusqz pgnanti
bus/ ꝛ in partu laborātibus./ atqz cūctis
infirmātibz./ nauigantibz/ ꝛ pregrinanti
bus./ ac ceteris miserabilibz psonis/ i qua
cūqz angustia cōstitutis./ ita vt in aduer
sitatibus suis/ non deficiant./ sed humili=
ter consolacōnem a te exspectēt./ atqz tā
dem eam optāte pcipere/ ex tua clemēcia
mereantur. Ne forte cogant (quod ab
sit dne) impie agere./ ex desperacōe./ aut
nomen tuum sanctum blasphemare / pre
mentis inopia./ in ppriam perdicōnē./ ini=
micorum suoz gaudiū./ ꝛ christiani nois
confusionē. Dominus Si ita sepius
orares ex corde/ pmitto tibi/ q ñ remanēs
absqz remuneracōne./ tā p te q̄ pro alijs

Pro defunctis/caritatis elemosina. Capitulum. xxxv Ego

Et quoniam dñe/tue bonitati/ (ut ꝑsumo) nō displicet (ꝑ quo et ꝓto) facta ꝑr me ꝑ viuis dep̄cacō/supplico adiuuare dignare me tuum pauperculū/ vt eciam ip̄is defunctis caritatis elemosinam/ orando digne impendere valeam. Eya ego domine deus meus/qui nos patrem et matrem honorare precepisti/miserere ꝑpicio animabz patris et matris mee. Redde patri vicē queso ꝑ laboribus et cura/ꝑ mea educacōne habitis/ et largiri matri consolacōnem/pro doloribus et miseria/fidelitate et diligencia/in mei portacōne in vtero/ necnon in pariendo me confouendo et gubernando/ ꝑr ipsam exhibitis. Et da eis pacem/requiem/leticiam/lucem/ et gloriam sempiternam. Memento eciam i bonum (ꝓto bone dñe) eorum quibz ex naturali obligor dilectione/quam tu vtiqz nobis indidisti/licet preposueris ei dilectionē spiritualem/videlicz/meorꝝ frm/ sororum/ꝑgemitorū/consanguineorū/

cognatorum:/ et ommium meorum amico
rum/ in quocunq; gradu ꝯsanguinitatis/
vel affinitatis michi attinentium. Libera
animas eor̄ misericors de⁹:/ ab omni cru
ciatu inferorū:/ & transfer eas ad locū bea
titudinis:/ vbi cum sanctis tuis/ gaudere
mereant̄ in sempiternum. Subueniat eti
am oro tua clemencia omnipotēs de⁹/ aīa=
bus meorum carorū benefactorū & recō=
mendatorū:/ quibꝫ specialis me obligat ḡ
titudo. Respondeꝫ (p̄cor domine) eis tu
p me:/ ne ꝓpter meam inopiā/ videant̄ in
me perdidisse:/ piam suam ad me affecti
onem. Specialiter quoq; dñe ꝯmēdo tue
misericōm/ animas meor̄ in ordine & do=
mo fratrū ac sororū:/ necnon ordinis & do
mus habencium pticipacōnem & societa=
tem:/ necnon illorū quorum ap̄ud nos cō
pora requiescūt. erue eas de omni angu
stia:/ & in dulge ipis ꝓpicius/ refrigerij
sedem:/ quietis beatitudinem:/ & luminis
claritatem. Supplici eciam cum instan=
cia cōmendādum duxi (misericors de⁹)
tue bonitati:/ specialit̄ aīas/ nostri funda
toris/ & ommiū suor̄/ ad ipm modo q̄cūq;

pertinenciū. necnon eorum / qui notabi
liter nostre domui / et congregacōni bene
fecerunt · Da cis (bone domie) p tēpali
nostra sustentatione / tabernacula sine fi=
ne mansura. cum celestium bonorum v
bertate · Tandē quoqz totis ex pcordijs
cōmendo tue infinite clemēcie (o auctor
pietatis) animas omnium fideliū defunc
torum · tam generaliter q̄ specialiter Eya
respice obsecro oculis misericordie / in opa
manuum tuarū. nullam in tormentis / nisi
solam tuam paternam bonitatem / ⁊ com
munia sancte matris ecclesie dūtaxat suf
fragia habencia / consolacōnem. Et clemē
ter miserere ommibus fidelibus defūctis.
eciam in purgatorio quocunqz detentis ·
Specialiter tamen pie domine / succurre
cito peto miseris. egenis. ⁊ paupcull' am
mabus. eorum / quū non bene parati / im p
uise / subito / ex ignis / aque / latronū / aut a
liorum inopinatorum casuū piculo / mōte
poccupantē. vl' suffocantur in somno. vl'
p publicā iusticiā / violenter subiciūtē mor
tis tormento · O domine / presta tālibz id
de misericordiaz tuarum thezauris / quod

ipſi minus ſibi ꝓuiderunt/ dū ꝓtuiſſēt
in tempore ſanitatis et libertatis. ¶ Noſti
enim pie domine / quomā miſeris miſecor
dia eſt neceſſaria / tibiq; ꝓprium eſt miſe
reri et parcé ¶ Domine fortiter iſtas /
et efficaciter vrges / ſed non recte iudi=
cas. ¶ Vis enim vt miſericōdiam exhibeā /
et iuſticiam meam negligam / reos abſol=
uam / et eos iuſtis equiperam · ¶ ego ¶
O domine / ſi tibi mea diſplicuerit depre=
catio / veniam peto. Attamen videtur mee
ſimplicitati bone domine (vt ſalua tua ḡ
cia / ita loquar) q; nichil deroget tue ſanc=
te iuſticie / ſi miſeris miſericordiā feceris /
ex mera tua bonitate. ¶ Immo ſi nunquā
miſereri velles / hoc domine de tua iuſticia /
faceret iniuſticiam / cum vtiq; iuſticia / ſine
miſericordie tempamento / careat merito
iuſticie prēmio. ¶ Eciam domine / vt vide=
as / quoniam non ex toto iuſticie tue pre
iudicare volo / offero tue iuſticie in ſatiſ=
factionem / pro cunctorum fideliū defunc
torū reatibus / et in ſupplemētū meritorū /
que eis deſunt / in plenamq; ipſorū tecum
recōciliacōem / ſanctā tuā incarnacōem / et

natiuitatem. Totamq; tuā pfectissimā/ innocentissimā/ ⁊ laboriosissimā vitā. Tuam sacrosāctam passionem/ ⁊ pciosissimā morte. Tuam glorioſam resurrectionem/ admirabilem ascensionem/ ⁊ spiritussācti missionem saluberrimam. Insuper offero tibi dñe/ tue dignissime matris glorio sa merita/ siue videlicet diuine maternita tis/ et virginee puritatis excellenciam. Etiā/ offero tibi dñe/ omniū sanctoꝝ āge loꝝ tuoꝝ merita/ quibꝫ ipi/ semp placue runt tibi/ placebūtq; imppetuum. Sed ⁊ scōꝝ tuoꝝ pīarchaꝝ/ pphetaꝝ/ aplō rū/ martirū/ ofessoꝝ/ vginū/ ⁊ otinētiū/ oīmq; iustoꝝ ⁊ electoꝝ tuoꝝ/ iam ī celi tecū regnātiū/ necnō adhuc ī tris degēti um/ gtissimā multa ⁊ magna merita/ dñe offero tue pietati. Ymmo offero quoq; tibi dñe/ oīa bona/ que in tota ecclesia tua sancta/ vnquam facta sūt/ fiunt/ et fi ent/ vsq; ad mundi finem. ⁊ specialiꝫ illā excellentissimā reconciliatōis nostre ostī am/ in qua cotidie adhuc pro nostra salu te per misteriū qdāmō pateris. Eya bone dñe/ acceptare digneris gtanter/ tantam

satisfactionē ⁊ et absolue misericorditer animas tuorum fidelium defunctorū ⁊ p quibꝫ dēpcor . Vincat tua bonitas (rogo dñe) nostrā maliciā . Amicoꝝ tuoꝝ merita ꝑualeāt queso/ cōē captiuoꝝ tuoꝝ delicta . Misericōdia tua (obsecro dñe) iusticie rigorem temperet ⁊ miserosqꝫ letificet/et ād tue iocundissime visionis/ gloriam perducat. Amen. **Reprehensio presumptionis . et de quinqꝫ sensibus anime**

Capitulum xxxvi Dominus

DLacet (dixit dominus) quia largam erogasti caritatis elemosinā. Vtinā tu cū ceteris/ aliisqꝫ tecū / haberetis affectū semper talē/in dicēdo ꝑces ad horas ⁊ nec non in lectanijs. Sed oris strepitū facitis/ ⁊ raro intencōnem cordis adhibetis. Igitur etiam taliter orando / parū ꝓficitis ⁊ alijs/ ⁊ vobis ipsis ℂ Ego // D dñe heu verum est quod dicis. Da nobis omnibus emendacōnem ⁊ ꝓpter infinitā tuam bonitatem. Insup bone dñe/ qz feci/ licet taliter qualiter/ quod iussisti/ in dando caritatis elemosinam / quando vis reddere

seruulo tuo quod ꝓmisisti/ caritatis ele
mosinam michi tribuendo.¶ Domine?
Jam pluries dixi tibi in superioribus /q
hoc debeas michi committere./ Nuia ego
scio melius quam tu/ quid tibi expediat
Perseuera tu in desiderio longanimiter./
et experieris tempore opportuno/ ꝓmissi
onem meā efficaciter · Tibi videtur (ut
sencio) q iam aliquid magni ceteris /de
oq dignum fore/ vt a me reportes aliq̄d
mercedis./ in recompensam quasi labo=
ris · Dic michi homuncio./ quid feci sti?
Nue sunt aliorum/ michi obtulisti. De
alienis prodigus./ in propriis parcus.
Propria mea/ & sanctorum meorum mi
chi obtulisti merita./ et quid vltra?¶ De
propriis tuis/ quid apposuisti?¶ Vbi sūt
misse./ psalteria./ penitenciales psalmi./
vigilie./ cantica graduum./ ieiunia./ Fla=
gella./ elemosine & lacrime./ ceteraeq
huiusmodi spiritualia exercicia./ que pro
liberacōne captiuorū quos redemi optas/
de propriis tuis obtulisti?¶ Ego Par
ce domine./ parce rogo mee presumpcio
ni./ et ignosce meo torpore. Cognosco

enim domine/quoniam vere ita est/vt tu dicis. Libenter enim multa expedirem/ aliorum labore/que digito mimo (vt sic loquar) vix ipse curo tangere. Da pie domine emendacionē/et fac tu michilominꝰ pro nois tui gloria/aliquid ad rem/illꝰ indulgendo glorie tue premium/et mi= chi pauperculo tuo/largiendo caritatis do natiuum. ¶ Dominus. ¶ Quantumcunqꝫ te informem ad longanimitatis refugiū/ tu tamen semper reuerteris in tuum pri stinum cantitum. Ideoqꝫ iterum te doce re volo aliqua/adhuc tibi/ad inherendū deo/per amoris affectum/necessaria. Noueris/q in anima racōnali sunt quinqꝫ se sus spirituales/seu interiores/quibus ip sa do comungitur/mediante caritate. Est enim i anima interior auditus/in poten= cia anime memoratiua. Cuius est/doctri= nam et inspiracōnes diuinas recipere et cō seruare. Vnde loquitur prophēta in psal mo dicens. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et hic sensus/seu potē cia/respicit personam patris/in diuinis Sed visus anime interior/consistit in

potentia ānie intellectiua. Cuius est di
uinas perfectiones pro posse intelligé/
non tantum prefidem/sed etiam per aliq̃=
lem experientiam. Vnde ait quidam. Si
cut deus per memoriam audit̃/ita per in
telligentiam videtur. Et hic sensus seu ł
potētiá/respicit personam filij in diuinis
Ad hunc visum/non sufficit videre deum
in creaturis/aut in humanitatis veste/ꝫ
requiritur ut anima deuota/per vnitiuū
amorem/immediate absq; aliquo medio/
etiam in deum suum feratur/oībus sen
sibilibus et intelligibilibus penit9 exclu
sis. Hec est illa diuinissima sapia/quam
nonnulli dicunt amentiam/seu stulticiam
sapientissimam. Quam null9 moraliū p
ppria attinget industriam naturalem/
nisi singulari preuentus sit gratia. ⁊ nisi
prius multam premiserit inquirendi per
gemitus/desideria/et bona opera/diligen
tiam. Reliqui tres spirituales et interio
res sensus anime/puta odoratus/tac=
tus/et gustus/sunt spiritualiter in po
tentia anime volitiua/seu affectiua/sed tres
tres voluntatis act9. Qui sūt/desidare/

diligere. et delectari. Quorum primum/ correspondet odoratui. Secundum / tactui. sed tercium/gustui. Nam sicut fameticus/ primum a lōge cibum odorat/ et sic desiderat. deinde propius accedens / tangit manibus et tractat. ac postmodum ore recipit /et degustat. sic suo modo/anima racōnalis et deuota / suum cibum qui est deus/ per tres actus potentie affectiue/ qui spiritui sancto in diuinis attribuuntur/ sentit experimentaliter. et spiritualiter attingit. Primo ipsum quasi odorādo / per deuotionis desiderium. deinde ipm tangendo / per caritatis dilectionem. deinde ipsum gustando / per vnitiuam adhesionem. Correspondet hijs illud in cantitis. In odore vngentorum tuorum curremꝰ. quantum ad primum. Et illud Tenui eū/ nec dimittā. quātum ad secūdum. Et illud in psalmo. Gustate et videte qm suauis est dñs. p tercō. Nec autem gustatio et visio/ nō potest fieri in anima. nisi perfecta vnione harum potentiarum anime cum deo/ in amore feruentissimo. Ad quā tu potes aspirare quidem /

sed non pertinges. / misi cū ego voluero. / et te fortiter attraxero ¶ Ego ¶ Do=
ne domine / quā magistralem legisti michi lectionem. Gracias tue bonitati. Da ob
secro vt in me proficiat ad tui laudem. /
michiq; in salutem. Scio nanq; domine /
q; michil valeo / misi quando tu volueris. / et
quantum tibi placuerit. Atq; ideo rogo
vt nō aliter fiat / q; put michi expedierit

Qualiter anima quasi in sopore vnit deo Capitulum. xxxvij Ego

Quoniam sponte declinasti do=
mine ad quinq; sensus anime
interiores pro mea informaci
one / ex mera tua bonitate / ro
go non displiceat etiam tradere in practi
ca. / qualiter anima tibi deuota / hijs sensi
bus tibi iungatur mediante caritate.
¶ Dominus ¶ Sicut curiosorum in=
quisicionem detestor / ita deuotorum stu=
dio / condelector. Audi aliquid de q; que
ris. Homo spiritualis cui graciam hui?
modi fecero / vniendi se scilicet mecum /
fit quodammodo ad instar hominis nobi
et forti vino potati. / vnde et in sopore=

resoluitur / non tamen ommimode in somnum. Ita ut nō ex toto dormiat / nec etiā simpliciter vigilet. Qui quidē ea q̄ circa ipsum fiūt / nō plene scit / nec eciam totaliter nescit. sed quasi aduertere nō curat / neqz talibus intendit. Ymmo / nec actu de se ipso tunc cogitat / quamuis se fore illic vbi est / non ex toto ignoret. Et de quanto tunc in anima / fuerit amor dei feruencior / intellectusqz lucidior / tāto forcius animam totam / in se deus rapit / sibi eam miro modo vniendo. In tantum / vt demum anima hec / oblita sui / et oblita omnium aliorum preter deum / nichil sentiat / nichilqz intelligat / nisi solum deum / vnus quasi spiritus facta cum eo. sed intellige / p amorosam voluntatis sue cum voluntate diuina vnionem et conformitatem. Ego / Gracias tibi domine / quia non spreuisti pauperis tui desiderium / sed dignanter edidisti vnionis modum / per soporati exemplum. Adhuc tamen moueor ad sciendum / si iste sopor / sit idem cū pace illa / que omnē exuperat sensum / siue cum ea pace / in

qua dicit se ꝑphēta /in idipsū vellē dormi re./ ⁊ requiescere ¶ Dominus ¶ Non mꝰ tum erras/si sic intelligas. Nomina quí= dem sunt diuersa./sed res eadem est. Di uersis siquidem nominibz / soporem hunc diuersi nomiant. Aliqui dicunt eum som num./aliqui dicunt silencium./aliqui pa cem Vnꝰ sic/aliꝰ aliter./ex effectuum ra cōne/eū ita denomiantes varie. Tām rec tissime potest nominari/secūdū apostolū meū paulū/pax/omnē exuperās sensum. Non enim tantum sensum excedit./ym = mo (quod plus est) etiā absorbet omem cogitacōnē./ymaginacōnē./racōnē./memo riā./et intelligēciā ¶ Ego ¶ Modo intelli go/ex tuo dono (vt michi videtur dñe) illud contemplatiuorum dictū. Deum nemo veraciter inuenit/ qui se ñ totaliter perdit. Et illlud similiter ex eodem ma nans fonte. Nullus deum vere seu perfec te diligit / qui non se veraciter / oderit. Nime elicio domine./quod si voluero con templando tibi inherere/oportet omnia/ et me quoqz inter alia/relinquere. Et si voluero indilectōne tua fieri perfectus /

necesse est/vt in me omnis extraneus ces
set affectus./tam proprius quam alius /
etiam omniū creaturaꝝ. Ita vt totꝰ me
us affectus/nemini nisi tibi soli/militare
presumat . Delicatus enim (vt quidam
ait) amor tuus est./socium non patitur.
Solus cum solo esse vult. Sicut scrip=
tum est. Dilectus meus michi./et ego il
li. Item vna est columba mea . ¶ Domi
nus¶ Bene sentis./recte loqueris./Hoc
fac./et fiet . Fac vt dicis./et fiet quod
cupis . ¶ Ego¶ O domine bonum est
nos hic esse./ait magnus amator tuus./
cum in transfiguratione tua/radiantē fa=
ciem tuam vidisset./nesciens quid dicerz
pre mentis stupore.¶ Nescio et ego domi=
ne/quid dicam ait quidam . Et idem rur
sum . Benedico / laudo /et honorifico te./
vtinam digne . quia tetigisti vtrumqꝫ
cor seruuli tui/cum suauiori affectu et
lucidiori intellectu . Sed secretum meū
michi / secretum meum michi ait prophe
ta . Age domine quod agis . operare qđ
operaris . Sanctorum tuorum deprecati
ones/non sunt cōtempte. Sapiētia vicit

maliciam. Misericordia/ supexaltauit iu dicium Desiderium pauperis/exaudiuit dominus. Graciarū actio lāgitori · Laudes intercessoribus/ ꝛ ꝓmotoribus. Cō serua ꝛ perfice obsecro dñe grām tuā / in opre manuū tuaꝝ · in tuā ꝑpetuā laudē Et ne auertas vnquam faciem tuā a me sed auerte ꝑpicius faciem tuam a peccatis meis: ne amplius diuisionem inter te et me facere preualeant/quoquo modo. Vellem domine/ ꝙ ꝛ ego ita possem dicé ¶ Domine ¶ In die bonorum/ne immemoris malorum · Montes ꝛ colles habent iuxta se valles. Si semp esset festū/ venirent festa in contemptum · Vicissitudine sua / currunt tempora · ¶ Ego ¶ Intelligo dñe quid velis. Fiat voluntas tua · que semper est/ recta · iusta · et sancta · non mea/ quia fatua · curua · et indigna. De vnitiuo amore et varijs eius operationibus Capitulum xxxviij·

Videtur michi Ego domine iuxta p̄missa/ ꝙ vnitiua tui adhesio/ qua tui amoris suauitas sentitur /

p̄supponat (p̄sertim ordine nature: et se=
cundum modum cōmuniorem) deuotas
meditacōnes ex spūalibz colloquiis /aut
sermonibus/vel ex lectionibus affectuo=
sis surgentes necnon intima desideria /cor
inflamancia/ac oracōnū feruencium/sedu
licatem/ nunc vocalium nunc mentalium
Ideoqz libenter vellem domine /aliquid de
hiis audire ¶ Dominus Noueris q̄ ad
contemplacōnem /qua peruenitur ad sua
uitatis diuine gustacionem / ⁊ cum deo
vnionem / bene requiruntur ea de quibus
memoriam feciſti: In theologia enim mi=
stica/ secundum contemplatiuos / ea que
tetigisti idem sunt: aut semiucem p̄sup
ponunt: omnia tamen in vera ⁊ perfec=
ta comprehenduntur oracione. Omnis
quippe oracionis (saltem vere) finis et
fructus/ est deo ad herere: ⁊ vnum cum
deo spiritum fieri. Videlicet per lique=
factionem purissimi amoris: ⁊ per spe=
culacionem seremissime cognicionis: atq̄
per absconsionem in dei vultu / ab omni
um strepitu mundanorum/per excessum
quietissime fruicōnis. Vbi omnes vires

et potencie anime/a suis dispersionibz si=
mul collecte/ac in vnum verū sūmū & sim
plicissimum bonum fixe/in quandam di=
uine conformitatis/ac eterne stabilitatis
similitudinem/transformantur ¶ Ego
Ex dictis domine intelligo / q̄ homines
deuoti & ad orandum prompti / sint ap
tiores & proximiores ad ꝺtemplādum ·
& per consequens eciam ad deo inhērēdū /
per amorem vnitiuum magis ydonei Vti
nam (pie domīe) & ego fieri merear/vn9
ex hijs · Quoniam vero de cōtemplacio
ne aliquid domīe occasione vnitiui amo
ris tetigisti/optarem audire de varieta=
te illa aliquid / quam contemplatiui per
sepe in moribz/& pexteriora signa exhi=
bent / quando ita tecum conuersant̄ · At
tendi nanq3 in eis / q̄ non vniformiter /
sed multum diffomiter se tunc habent ·
Aliqui quasi sint insensati · aliqui quasi e
brij · Alij sic/alij aliter/ se exhibendo .
¶ Dominus ¶ Verum dixisti / de aptis
ad contemplandum/propter deuocionem
ad orandum . Audi nunc quoq3 de quo
queris / si forte quandoq3 tibi aliquid de

hmiusmodi contingeret: vt scias vnde z quomodo accidat. Nonnmes michi speci aliter deuoti/ qui abstractam diligunt vi tā/ab exterioribz (quantū fieri poterit) ex occupatam / peruenimt (gracia mea ductore) nōnūq; ex forti spe/ quam suis m oīombus aut meditacōmbus concipi= unt/ de celesti gloria per ipsos consequen da/ad tantā mentis iocunditatem: q; m tus cohibere eam vt vellēt/nequeūt. sed velint/ nolint/ per signa aliqua/ m apertū foras prodit. Nuta per risum: lacrimas: singultus: suspiria: saltus: plausus: ge stilacões: aut cetera hmiusmodi more s mōnsuetos. Et quoniam iocūditatē hāc verbis exp̄mere nequeunt/ipsam hijs q̄= si lusibus/ostendere/ex abundancia cor = dis/velint nolnt/ contendunt. Nanc mē nam mentis iocūditatem/ dicunt contem platiui /iubilum. Repzesentatqz ecclesia tale gaudium: etiam m missis: per le= ticie canticum: alleluia. Nuod quidem / multis fit gaudij notis: sed sine expzessi one significatiue vocis. Nonnūquam eti am corda michi deuotorum suis i oīombz

aut meditacōnibus/ tanto perfundo gau dij spiritual'/ meiq; amoris feruore/ q; vi dentur quasi ebrij/ modum in agendo ne scientes. Ita vt pre spirituali letitia/ lo quantur et operantur/ insolita. Et hec spiritualis actio/ vocatur a contempla tiuis/ ebrietas spiritus. Quandoq; rur sum cordā michi deuotorum/ ita amoris mei feruore et dulcedine tango/ tam fo rtiter et abundanter/ vt redundet ex cor de totum in corpus. In tantum/ quod corpus suas intermittere cogatur opera ciones. Quia nequit tunc ambulare/ stare/ loqui/ aut videre. sed factum vi detur interim/ quasi insensiblie/ donec fer uor iste tepescat/ et cesset. Et talis in terna operacio/ etiam corpus occupans/ dicitur a nonnullis raptus/ vel etiam ex talis. Interdum quoq; cor hominis de uoti/ ardor diuini amoris/ ita accendit/ vt totū hominē concuciat. et nisi foras ir rūpat/ homo p caloris vehemētia/ deficē vi deatur. Quia cor ipsum/ tanquam vas fictile/ metallo feruentissimo susceptо/ in

partes multas mox rumpendum / ardorē
huiusmodi sustinere non valens / contine
re se vltra nequit / quin dirumpatur · p
vt ꝛ nonnunquam compertum est in nō
nullis personis deuotis / que venis ꝛ ner
uis cordis ruptis / spiritum realiter tradi
derunt · de morte ita ad vitam veraciter /
et haud dubium feliciter transeuntes .
Hunc modum aliqui contemplatiuorū /
vocant / insolenciam spiritus . Nonnūquā
eciam / anima prius in se male dura / tac
tu diuini amoris / ad instar bulientis me
talli ita liquescit / in huiusmodi sua deuo
cione / ut iam non videatur fore ipsa que
prius / sed altera · quia ad omne dei bene
placitum / ita facta flexibilis / quasi vn⁹
spiritus cum ipso sit / ad omnem dei vo =
luntatem aptissima / ꝛ promptissima ·
in nullo ei contraria / aut dissona . Mo
dum hunc / nominant aliqui contempla
tiuorum / liquefactionem spiritus . Est
et adhuc alius modus contemplatiuor⁹
in suis exercitacōmbus / quem ipsi di =
cunt spūalem iocunditatē / vel gaudium
in spiritu sācto. Hoc gaudio cū cor hoīs

diuinitus repletur / fit homo quasi extra se / et supra se / nescies prespirituali iocunditate / quid faciat / aut quid dicat. Et hoc ipsum gaudium / testimonium reddere quoq consueuit conscientie hominis / q sit filius dei. Presertim si venerit (put nonnū quā consueuit) post generalem integram et purā cōfessionē / aut post deuotam celebrationem / aut post cordialem passionis mee meditationem · vel si venerit in locis vbi magne sunt indulgentie / vel vbi magnorum sanctorum sunt reliquie. Vel in vite spiritualis inchoacōne · prout quādoq accidit nouitijs / in receptione habitus · vel in pfessione / vel in sacrorū ordinū collatione / vel in celebrando primitias.

Qua similitudine fiat anime vnio cū deo · Capitulum xxxix Ego.

GRatias tibi dulcissime domine / quia tam salubria docuisti seruum tuum / de correquisitis ad inherendum tibi amore vnitiuo / et de diuersis modis quibus agitur cum contemplatiuis. Supplico (bone dñe) dignetur tua pietas / que

vtiqz de nostro letatur pfectu / me tuum pauperculum etiam mstruere per aliquã similitudinẽ / quia nosti q tardo sum ad intelligendũ / tardusqz ad agendum / ex q̃ similitudine capere possim / quomodo fiat in vnitiuo amore / anima tecũ vno spũs / put iam sepio supza cõmemoratum est. Miror etenim ñ parũ / quomõ hoc possit fieri / cũ (quẽadmodũ in scolis didici) finiti ad infinitum nulla sit pporcio. Constat aũt hominem esse finitum / z deum infinitũ

¶ Dominus ¶ Arguis satis simpliciter. Quia que sunt supza naturã / et diuina / putas te humana posse racõne comprehẽdere. Verũtmen / quia similitudiem postulas / noueris / diuersas similitudines / a diuersis super hac re assignari. Que tñ omnes claudicant / nec sufficienter figurare quod pretenditur / valent. Nichilominus ad condescendum vtrunqz tue instancie / scias / quod hec amorosa vnio anime cum deo / que etiam a pleriscz trãsformacio nuncupatur / secundum nõnullos dicitur fieri / ad instar gutte aque / que in dolium fortis vini mittitur / et a vino

absorbetur. Secundum alios vero dicitur fieri ad instar candētis ferri: quod in ignis naturam conuerti videtur. Alij dicunt: q hoc fiat eo modo /quo aer per solem illumīnatus/solis lumen sibi incorporat: ita vt aer et lumen / vnum fore videantur. Alij vero senciunt: q taliter fiat/qualiter ferrum per magnetem affectum /magnetis ꝓprietatem sibi incorporat: per quam et aliud ad se ferrum trahere valeat. Alij autem volunt quod fiat eo modo / quo vapor substācialiter aqua existens / ex aeris calore / aeris leuitatem recipit: atq; in aeris quasi naturam transit. Alij putant id fieri / ad similitudinem vnionis materie cum forma: aut perfectibilis / ad suum perfectum. Alij sic/alij aliter senciunt et loquūtur: non sine racione. attamen communiter in hoc deficiunt: q conātur discutere speculatiue per humanam racōnem/qd melius discitur prāctice: et non nisi per diuinam operacionem. Nec est aliqua similitudo/que huic rei satis ogruat. Illa tamen que vltimo tacta est veritati mag

approximquat. Constat enim q materia ante susteptionem forme/imperfecta est:/ sine decore:/ sine virtute:/ et sine actione. Data vero ei forma/ mox ad perfectionem venit:/ iuxta forme sibi vnite proprietatē Sic suo modo est de anima. quia priusq vniatur ipsa deo per viuificum amorem/ manet quasi in spirituali morte:/ sine decore:/ sine virtute:/ et sine vitali actione:/ cum agere nequeat opera vite:/ perpetue beatitudinis meritoria. Cum autem deo coniungitur suo fontali et tociq vite principio/ tunc datur sibi vita quedam diuina participatiue. non quidem per formalem anime inhesionem ad deum (hoc enim diuine repugnat perfectioni) sed p quēdam illapsum spiritualem intimum:/ seclusa qualibet imperfectione. Hoc autem fit mediante amore:/ tanquam qualitatiua et armonica dispositione:/ quodammodo proporcionabiliter. sicuti dispositio materie prerequiritur:/ quamuis non sufficiat/ ad humane formē susceptionem. Vnde quemadmodum calor naturaliter habz segregare sibi/ atq segregare dissimilia/

sic facit ⁊ amor suo modo. Et quomā spiritualia cum spiritualibus habēt similitudinem/et cum corporalibus seu terrestribus dissimilitudinem/ideoqz in huiusmodi amorosa vnione/anime cum deo/quicquid in homine inuenitur spirituale ⁊ diuinum/ segregatur quodammodo p viuificum amoris calorem./ab eo/ quod in homine est corporeum et terrestre. Sicqz tunc etiam fit diuisio spiritus et aie./ id est spiritualitatis et animalitatis seu sensualitatis./per separacōem pcioris/a vili. Et qm̄ deꝰ est spūs/ ⁊ qm̄ aia est spūs/hic quedā int̄ eos inuenit̄ similitudo. ⁊ cū similitudo causa sit amorose vnionis/clarum fit./ cur spiritus humanus racōnalis/sic ꝺpuratus et defecatus/spiritui vnitur diuino./eiqz fit quodāmodo simul̄./⁊ vnum cū eo. ymo (qꝺ plus est) ex huiusmodi vnione spūs humani/cū spū diuino/sequit̄ q̄ si p redūdātiam etiam vnio carnis ad spiritum. ita q corpus qualdā spiritꝰ indu it ꝓprietates./conditionibz ꝓpijs interī neglectis./et a suis actionibz suspenꝺ Ex q̄ felici vnione/ mirabil̄ seq̄t̄ ꝺformitas./

ſpūs ad deum. corpiſq; ad ſpiritum. Nā tunc aīa ſuum habens deſideratum finem/ ſūmumq; ſuum bonū/ac ſuum centrū/totā quoq; ſuam pfectionē et ommium ſuoꝝ dſideriorioꝝ complementum/eſt quieta et contenta. nichil vltra appetēs ab exī.

Ego D magiſter bone/quā pulchrā michi indigniſſimo/ feciſti doctrinam. q̄ (rogo) conualeſcere facere digneris in ſeruo tuo. p felicem experientiā. Et grati as tibi. q tam dignanter exaudis pau perum tuoꝝ vota. Nūc itaq; (bone do mine) da obſecro. ut anima mea/ tibi vti q; ꝑpter ymaginē et ſilitudinem tuam p pinqua/ per vim ſuam ocupiſcibilē/ tēdere velit et qūeat/ in ſpiritu ſſācti bonitatem. p vim rōnalem/ in filij veritatē. et per vim iraſcibilē/ in patris potentiam. gl'am. et maieſtatē. quatenus hijs viribus. ſuo ſu premo appetibili aīa ipſa diūcta/ quiete tur. illuſtret. et ſacietur. felici docta ex perimento/ q dns deꝰ ſolꝰ/ē ſūma eiꝰ vo luptas. ꝑma eiꝰ veritas. et ſupma ſua dig nitas. ſeu glificacō. ita dicēdo. Renuit conſolari aīa mea. meōꝛ fui dō et delectatus

sum . Item nichil arbitratus sum me scire
inter vos/ nisi ihesum cristum ⁊ hunc cru
fixum . Item . Tu autē domie susceptor
meus es ./ gloria mea ./ ⁊ exaltans caput
meum. De practica veniendi ad vniti=
uū amorem nō neglecto timore . Cap . xl.

Quigit domine tua clemencia in superioribus / p mea erudicione /multa de vni tiuo amore ./ quo anima deuo=ta deo comungitur . Vnde audirem liben ter adhuc a te/ modum facilem . ⁊ (vt ita dixerim) quasi manualem / per quem orā do ⁊ meditando/ possem practicare / tua gracia cooperante/et in vsum venire/ hu=ius perfectissimi amoris . ¶ Domine? Studiosus es ad inuestigandū ./ quod nō arguo/ si ita quoq; fueris ad agendum . Si vis ad vnitiuum seu extaticum amo rem proficere/ hunc quem te doceo ordi=nem seruabis . Intende cordis conpunc tionī ./ ⁊ time . spiritus admiracōni ./ ⁊ ob stupesce . mentis exultacōni ./ ⁊ confide . Si inquis ./ quomō ./ ecce considera diui=nā potēciā ./ que oia pt/ ⁊ iuste iudicat oia

quam et tu sepe offendisti. Attamen lon
gammiter tuam exspectans penitēciam.
non tecum/ sicut cum dathan /abyron/ t
alijs peccatoribz/ egit. Nūc considera eci
am diuinam saēnpitiam · que nouit oīa.
nichilqz ignorat. Nouit quippē prescī =
tos ad dampnacōnem ꝑpetuā · nouitqz p
destinatos/ ad ꝑpetuam gl'am. Cont̄ hāc
sapiencīā/ tu sepe peccasti · Et ignoras. an
omnia tua peccata tibi sint dimissa. Nec
scis. an amore dei vel odio / dignus sis.
Similiter ignoras. qui hodie stas / an
cras cades · quo ve fine/ vitam concludes.
an cum racōnis vsu. prouide / vel īmpīma
te · violenter/ aut naturaliter · in gracia /
vel cum desperacōne. Et licet hec oīa no
scat in te deus/ facit tamē p dissimulacōz
in multis quasi hec ignoret. aut non cu=
ret · cum peccas/ bona tibi largiendo. t cū
recte ambulas/ te flagellando · Post hec
ver te consideracionis oculum. ad diuinā
bonitatem · Que tanta est/ qꝫ non solū nō
dici/ sed neqz estimari satis potest. Citra
condignū/ malos pumēs. t vltra condig
nū/ bonos/ ecīā ꝑ bono mīmo/ remunerās

Cupiens quantum in se est cunctis bene facere/ ⁊ nullū affligē. Omnes volēs sal uos fieri/ et nemínem perire/ nísi cum pec cata hominum/ ipsū ad hoc cogunt/ iusti cia mediante. Pensa quociēs bonitatem hanc cōtempsisti · mala/ p' bonis reddidi= sti peccata/ pro beneficijs tribuísti · iuā dei quantum in te fuit/ cont̄ te peccasti · At tamen vsq; hodie/ ad penitēciā benigne ex pectatus es/ ex abundanciori gracie do no. Hec tria etiā innuuntur in cāticis cā ticorum/ cum dicit̄ de aia deuota. Que ē ista que ascendit vt virgula fumi. Fum? prouocat lacrimas/ sic ⁊ dei potentia bene considerata/ quantum ad primum · Item cum dicitur · que est ista que ascendit q̄i aurora consurgens. Aurora tenebras il= lumínat/ sic et diuina sapiēcia/ cū mentem visitat · quātū ad secundum Itē cū dicit̄ Que est ista ⁊c̄ inmixa sup dilectū. In= niti super dilectū/ gaudiū sponse cū spon so indicat · Sic et dei bonitas/ bene consi derata/ animam letificat. Ecce habes in p missis/ tres principales affectus · puta cōpunctionem/ cū tremore · admiracōez/

cum stupore · et exultationē / cum fidu=
cia · seu dilectationē · quibus correspon
dent / dei potentia · dei sapientia · ⁊ dei bon
tas · etiam iuxta trium viriū anime / irasci
bilis / rōnalis / ⁊ concupiscibilis / distinc ti
onem · De quibus immediate supra iam
aliqualiter tactum est · In hijs etiā ꝓp=
hendunt · via purgatiua · illumiatiua · et
ꝑfectiua / seu vnitiua · secundū ierarchiā
triplicē · Nichil itaqꝫ inuenies pene in oī
scriptura sacra / quod non valeat reduci
ad aliquod horum trium · directe / vel in=
directe ¶ Ego Domine audiui libenē
que dixisti · sed videtur michi · q̄ non re
sponderis ad quesitum · neqꝫ ad meū ꝓpo
situm · Volebam nanqꝫ ego / modū cōpen
diosum ⁊ quasi manualē / ꝓuenienti cito
ad tuam amorosā vnionē · ⁊ inhesionē mē
tis cum deo · ⁊ tu me terres per diuine
potentie / et eterne sapientie / districta iu
ditia · iustissima quidem / licet nobis occul
ta · Ego aspiro ad amoris dulcedinem ·
et tu ostendis michi amaritudinis mate
riam · Vnionem mentis cum deo quero / ⁊
elongationem ampliorē ospitio · Cur sic

facis bone domine. ¶ Domine Viam regiam ostendi tibi / si intelligeres / per quam venitur ad desideratum. Hac etenī via neglecta / nichil poteris proficere. Nam si vis deo per caritatem vniri / necessarium est tibi / ut stes in timore cum spe. ⁊ in spe / cum timore. Ad quod faciēdum / cooperantur multum ea que dixi. Vix enim ad tantū potest quis in diuīo amore hic pficere / ⁊ in deū sperare / quin contingat ⁊ expediat / ipsum qnq; de iudicijs dei expauescere / saltem quādiu de viatorum est numero. Hic est / q; apostolo me? paulo / vas electionis / post raptū in tercium celum / adhuc dicit. Castigo corpus meum / ⁊ in seruitutem redigo / ne forte alijs predicans / ipse reprobus efficiar. Item idem. Nichil michi conscius sum / sed in hoc iustificatus non sum. Vt igitur per caritatem ascendere valeas ad deum / ⁊ in deum / cum israhel. Vide primum cum iacob in scala sua / cuius sūmitas celos tangebat / angelos dei non solū ascendentes / sed ⁊ descendentes. ymo ⁊ tu cum eis ascendere ⁊ descendere stude /

per spem videlicet et timorem. nunc dei amando pietatem. nunc dei timendo equitatem. donec videre merearis tandem absq; omni timore / deum deorum in syon. Quod erit quādo deus contuebitur non amplius p speculum in emigmate. sed facie ad faciem. Hic igitur timor / amorē dei non extinguit. sed nutrit. nec impedit / sed proficit De hoc quoq; timore / canit psalmista. Beneplacitum est domino super timentes eum. et in eis qui sperant super misericordia eius. Idē rursus ppheta. Timor domini sāct9. permanēs in seculū seculi. Iste autē timor / nō debet esse seruilis. solum timendo pēnā. nec mercenarius. solū timendo premij amissionem. sed filialis et castus. timendo pissimi patris sepacōnē.

Ego cum multa graciarum actione audiui domine tuam informacionem. Et sencio expremissis / q timor iste / et amor tuus / sunt quasi idem. Vnde oro (vtmā digne) dñe / cū ecclesia tua sācta. Sācti nois tui dñe / timorē pie et amorē / Fac nos habe ppetuū. q nūq; tua gubnacōe desti tuis / quos in soliditate tue dilectionis

in stitiis. Per cristum dominum nostrū.

Contemplatio. meditatio. ⁊ cogitatio. quomō differunt. Cap. xlj.

Ego

Ateor domie / q ad sciendum (put supi? qnq tetigisti) sū sollicitus. / sed ad faciendum (heu) tard?. michilomi? tn / quia ita dignanter respondes indigno / quando interrogo / hinc bone domie spem concipio. / q tibi non displiceat / ut vlt cō tinuē inuestigando. Peto igit bone dne / informacōnis causa / quia supra quandoq monuisti ō contemplacione pto inquā an otēplacō / meditacō / ⁊ cogitacō / sint idē. / vel quomodo differāt. Domi? In cō suetum apud scolasticos / habes pcedēdi ordinē. querēdo posteri? / quod inuestigā dum erat pri? / ⁊ ecōtra. Verūtamen / quia in theologia mistica laboras / in qua sc̄m quid / affect? intellectū pōccupat (quia gust? hic precedit / post sequitur visus) condescendēdum tibi est. / dūmodo tn nō sis minū ad intelligēdū simplex. / q admodū ille / q ignorat ordinem temporis / inter aplos ⁊ pphetas. / dubitans / si apli

precessissent ꝑphetas · Igitur noueris q̄
multa in hac materia fuissent modo scola
stico premittenda/ antequam veniendum
erat ad ea que dicta sunt / de quibus q̄a
tu n̄ q̄stuisti /ego quoq; tangere minime
curaui.cum nec multū necessaria ea tuo
etiam proposito cognoscerē / ex quo sco
las intrasti/ poci? affect? / quam intellec
tus · quia inquiris experienciam amoris
extatici seu vnitiui / qui perfectus ē/ ma
gis/quam eius scienciam / ⁊ forcius eius
practicam/quam speculatiuam . In theo
logia mistica scias/ q̄ contemplacō/medi=
tacō/ ⁊ cogitacō / possiunt dici vnū esse in
re/ quāquā multū differant in rōne · Co
gitacō q̄ppe fit cū facilitate / ⁊ absq; labo
re/ mēte libera hinc inde euagādo . Sed n̄
sic meditacō · quia illa fit cum difficulta
te/ ⁊ labore / ad standum fixe circa certa
fantasmata q̄erendo · Supra has autē
ambas/ fieri habet contemplacō/ post fre
quentatam habituacōnem/ ⁊ post diuinā
illustracōnem/ cum facilitate/ circa spiritu
alia ⁊ diuina/ talibus dulciter inherendo.
Et ut plenius intelligas /dicam ampli?

Cogitatio vagatur et serpit / sine labore / et sine fructu. Meditatio nititur / et incedit cum labore / et cū fructu. Contēplacio autem / circumuolat / et circumfert / sine labore / et cum fructu. Ita q̄ in cogitacōne / est euagacō mentis · in meditacōne / inquisicō mētis · sed in cōtemplacōne / ē mentis admiracio. Et quoniā h̄ tria satis sibi cōtigua sūt / ideoq̄ cogitacō / sepe trāsit in meditacōz / et meditacō / in cōtēplacōnē / cū fructu nō modico · sic et viceuersa / per negligenciam / contemplacō rēlabitur in simplicē meditacōnē / et meditacō / in vagā cogitacōnē / cū dampno nō pauo
Ex quibz potes elicere / q̄ boni oratores / et deuoti meditatiui / possent facilit (si facerēt diligenciam) effici boni contemplatiui · Sed aduerte circa hec diligēt / q̄ licet amor extaticus et vnitiuꝰ / reponatur in vi anime affectiua / tam ꝺ tēplatio / mediāte qua / ad hunc nōnunq̄ peruenitur / residet in anime vi intellectiua, Vnde illa contemplacō / que fit sine extatico / et vnitiuo amore / proprie loquēdo / non meretur dici cōtemplacō / nisi se q̄z extēdat /

ad anime vim affectiuam. Igitur ana=
gogico amore/iuncto intellectiue/fit vera
contemplacio. Vix nanq; inuenri po=
test cognicō / que non sit formaliter aut
virtualiter quedam affectio. quemadmo
dum clarum est/q; et affectio vix aliqua
possit dari/que non quedam sit cognicō./
saltē expimentalis. cum constat /q; hax
potenciarum neutra sine altera/suum cau
sare consueuerit affectum. Sane ergo in
telligere debes /cum audis contemplacō
nem reponi in vi anime intellectia./et ta
mē amorē vnitiuum seu pfectū/repositū/
in anime vi affectiua. Ego/ Benedict?
lis bone domme meternū/et vlē./p tā sa=
lubri michi indigno/per te facta / doctri
na Sed quomā sepe expt? (pch dolor)
sum./hoc dñe/quod tetigisti./videlicet de
relapsu a cōtēplacōe/ a meditacōne / in co
gitacōnes vagas./tamq; a luce/in tene=
bras./a delicijs/in miserias./ab aula/i clo
acā./ a celo/in abissū./mea culpa (heu)
id exigente. ita vt nōnunquam in cruce
pdere te dñm meū ihesū/tuamq; matrem/
a iohānē / atq; manerē cū solis latrombz

et iudeis / tuisq; crucifixoribus . Peto bone dñe/ignosce michi sup hꝭ / ⁊ custodi me/ne simile cõtingat michi amplius .

Differẽtia inẽ thzologiã speculatiuã ⁊ mistícã eũ sex pcẽtijs aie . Cap . xlij Dñs

Sicuti iam dixi/ fuisses prius instruendus de aliquibus ad ꝓpositum pertinentibus . que licet silentio sint pertransita/ adhuc tamẽ aperiam nonnulla/ thzologiã misticam/ cum qua nunc versaris/ cõcernẽtia . Jam dixi tibi superiꝰ/ quomõ otẽplatio et thzologia mistica/ siue amoz extaticus/ se adinuicem habeant / scdm intellectiuam et affectiuam . ne autem dubitare incipias/ d thzologie mistice huiꝰmodi q̃litate /scias q̃tũ ad pcses attinet/ q thzologia est duplex . Una speculatiua altera mistica . Prima/ ptinet ad intellectũ . Secunda/ ad affectum . Illa traditur a magistris in litteris / ista imediate a do / in oratiombus et meditatiombus sactis Una habz deũ ꝑ obiecto / vt verũ . altera ipm intuet / vt bonũ . Illa pt declíare ad vicia . ista vix vnq̃ / nisi hũilitate relicta .

Scia illa quãdoq; ex superbia inflat ista vero in caritate edificat. Prima meretur dici sciencia. Secunda vero proprie dicẽ da est sapiencia. Illa nisi concurrat cum ista/manet inq̃eta. ista aũt quieta in deo Primam non possiunt habere nisi litterati t doctí. Secundam vero habere possũt etiam laici simplices t ydiote. qui studẽt deuocõni. Et hec mistica tiheologia/ per q̃ amor dei perfectus extaticus/sen vnitiu? discitur/inuenitur ocius per penitentem affectum / quam per inuestigantem intellectum. t frequencius in scolis religiosis/quam in litterarum studijs. Itaq; si te ad vitam contemplatiuam dare veluerís (sicut facere deberent merito religiosi. quibus hoc magis cõgruit) sis auisatus/vt hoc non facias ex curiositate/ aut vanitate. ad sciendũ tantum. t ad apparendum. sed simpliciter intende dei honorem. ppriam salutẽ. t proximorũ adiuuamen. cum pfunda humilitate. vt de q̃nto te plus pfecisse senseris/tanto dispectior tibi fias tuis in oculis. Et sit semp ad aures cordis tui. vox illa apostolica/

Noli altum sapere. sed time. Item illud Beatus vir qui semper est pauidus. Cū ceteris similibus scripturis. Dico enim tibi verbum bene horrendum. sed verissimum. quoniam contemplacio haberi potest sine gratia gratū fatiēte. ⁊ fieri sine caritate/ sicuti ⁊ cetere gracie gratis date. atq; per consequens sine merito celestis glorie ¶ Ego Sum domine tua ex informacione cōsolatus. sed non mim⁹ de contemplatiuorum periculo territus Differentiam notabilem /inter theologiā speculatiuam et misticam /dedisti. sed et de contemplatione/quia possit haberi a reprobis/sententiam terribilem /adiecisti ¶ Domim⁹ Non mireris de hoc. Quia iudicia dei/abissus multa. Quando enim reprobis graciam contemplacionis indulgeo. tunc facio ad instar alicuiꝰ dominī / captiuos cito morti dampnandos habentis. quibus ex liberalitate mera / de illis mittit cibis/vnde sui sustentāt filij. ⁊ fideles seruī. attn̄ nō mim⁹ postmodū eos dē cum reprobis interire facit iuxta suorum exigenciam demeritorum. ¶ Ego

Est ne domine aliquid vltra de theologia mistica et de contemplacōne/pro mea valens informacōne / quod peto humiliter pauperculo tuo/vt non dedigneris reserare ex gracia ¶ Dominus Est adhuc aliquid tibi notandum/ de viribus seu potēcijs anime / ppter cōtemplacōnis et theologie mistice materiā iam motā. Noueris igit' q' aīa rōnalis/vires habet distinctas non re/sed nomine./scōm officiorum et agibilium diuersitates .Nam primū diuidit̄ in intelligēciā simplicē. Secūdo in racōnem. Tercō in sensualitatē./seu animalitatē./vl' potenciā cogitiuā sensualē. Hec intellige / q'tum ad vires aīe cognitiuas Quo ad vires vero anime affectiuas./diuiditur ꝑportionabilit'. Primo in hyndersim./seu mētis apicē . Secūdo in appetitū racionalem./seu voluntatem . Tercio in appetitum animalem./seu sensualitatem . Ecce sic habes sex potēcias anime racōnalis. Quia in intellectiua tres./et tres in affectiua . Quarum naturam et differenciam /si plenius intelligeres /non parum/ ad contemplationis/ & theologie mistice /

materiam tibi prodesset. Nam appropria te loquendo/ contemplacio est in vi intel ligencie cognitiua. sed theologia mistica / in synderesis vi affectiua/ secundum mo= dū superius inpropinquiori capitulo tac tum Nota etiam. q sicut cogitacō/ medi tatio/ et contemplacio/ sunt tres cogno= scendi modi/ ita sunt et tres oculi. seu vi dendi modi. Primus oculus est. oculus carnis seu aiał. Secundꝰ oculꝰ ē rōnis Terciꝰ spūalis. supra rōez ad eterna euo lans. His tribz cognoscēdi mōis/ etiā cō respōdēt affectioms tres maneries Vide licz cogitacōm/ cupido. meditacōi Duocō. et cōtemplacōi / dilectio. p facile et difficī le/ ātqz per vtile et inutile/ inter se differē tes. Ex hijs poteris doctrinaliter aliquo modo intelligere/ quid de cōtemplatione / et de theologia mistica / debeas / quantum ad differenciam et conueniencia/ sentire

EGo. Gracias tibi pijssime dñe. quia tam dignanter erudis me Fac bone dñe/ me pauperculā creaturam tuā (oro) ex tua erudicōne semper proficere. tam af= fectiue. quam intellectiue. in tui laudem

Contemplationis sex sunt gradus quibz ad deū ascēdit. Capitulū. xliij.

Ego dquendo dñe/ de vera cōtemplatione/ que non tantum in intellectu sistit gradū/ ꝫ pgredit vltra. ad affectū. ymmo et nonnunq̄/ ab affectu puenitur. ⁊ intellect9 subsequit. audirem adhuc libēt aliqua. si qua forsitā ex hijs vsui meo essent accōmoda/ et opportuna. Intelligo enim/ q̄ ad pfectū tuū amorē. extaticū. vnitiuū/ seu anogogicū/ iuuat multū otē platio. Da ergo bone dñe/ contemplandi modum. michi in simplicitate mea expedientē. Domin9 Multa in superioribz dicta sunt/ ad hoc valentia. ut tn tuum pfectum adiuuem/ noueris q̄ sursum actionis ⁊ cōtemplacōnis origo seu mat/ ē deuota ⁊ frequens oracō. Dic ergo sepe Deduc me in via tua domine/ et ingrediar in veritate tua. Letetur cor meum/ ut timeat nomen tuum. Ecce tria petūt Quorum primum fit. per dei vestigium corporale ⁊ temporale/ creaturarum Secundū. per dei ymaginē/ in mēte hūana. q

dei ymago est spiritualis/ et eiuterna Ter
cium per contemplacōnem./ supra creatu
ras./ ad eternum spiritualissimū ꝑmū pn̄
cipium aspiciendo · Et hec est via triū di
erum/ in solitudine verorum israhelitarꝝ./
idest triplex illumiacō vnius dei· Prima
est vt vesp'a. Secunda vt mane · Ter
cia vt meridies. Et si sane singula intelli
geres/ hec quoqꝫ comprehenderent tripli
cem in me substanciam./ qui sum mortali-
bus scala in hijs ꝑ corporis mei scilicꝫ aie
et deitatis substanciam. Secundū hec qꝫ
mens humana triplicem habet principali
ter aspectum · utpote ad corporalia / et
exteriora· et tūc vocat' animalitas/ seu sen
sualitas · necnon ad spiritualia/ et int̄ se./
et sic vocat' spūs · atqꝫ ad eterna et supra
se/ et sic ꝑprie dici meretur mens · Itaqꝫ
secundum hec tria/ mens humana / conari
debet ad ascēdēd̄ in deū./ ꝑ contemplacōnē/
vt ideo deum diligat/ ex tota mente/ ex to
to corde/ et ex tota anima· In quibus cō
sistit perfecta legis implecio./ omnisqꝫ
sapiencia cristiana ¶ Ego ID dn̄e pissi
me gr̄as ago tibi / vtinā ogruas./ quia q̄

prius ignorabam/me docuisti/de contem
placõne. continua/queso bone domine/ma
teriam hanc vltra. Quanius enim ad ore
plationẽ heu apt9 nõ sum (vt timeo) au
dio tamẽ de ea libenter. ꝙtenus ita in alijs.
hãc grãm saltem collaudare queã. ℂ Dñs
Contemplatio perfectius discit expimẽ=
to/quã eloquio. michilominꝰ tñ ad oplа
cendum tue mistãcie/ scias. in cõtemplan
do/sex fore grad9./quibus aia deuota pt
in deũ ascendere. ⁊ ad verã pacem/ requiẽ
qz puenire./ per extaticos mentis exces=
sus. Ad quos est via./ amor feruid9 mee
passionis. eiusqz crebra meditatio. Hij
sex grad9 sunt in scripturis designati./ di
uersimode. scilicz p seraph sex alaꝝ/ i ysa
ia. Per sex dies/quibz totus mũd9 fac
tus ẽ./ in genesi. Per sex grad9/ quibus
ascẽdebat ad thronũ salomois./ in regum
Per sex dies/ post quos moyses vocat9
fuit de medio caligims./ in exodi. Et pr
sex dies/ post quos ego duxi discipulos
meos in montem in transfiguracõne mea./
ut patet i euãgelio. Quibz sex ãscẽsionũ
gdibus/ correspõdẽt sex grad9 pcẽtiaꝝ

anime. per quos a temporalibz in eterna / ab exteriorib3 ad intima / 7 abimis ad su ma / ascendit. Qui sex gradus potencia3 sunt. sensus. ymagiacō. racio. intellect9. intelligencia. 7 apex mentis seu synderis scintilla. Itaq3 si vis ad contemplacionē veram peruenire / vt 7 per consequens ad amorem anagogicum seu extaticum / qui p̄fect9 est / possis attingē / vide vt studi um tuum / versetur frequenter circa oracō nem deuotam. conuersacōnem sanctam. 7 meditacionem perspicuam. ¶ Ego // Placent michi domine multum que dixi sti. sed oro da graciam vt per ea in vera ca ritate / ad tuū sanctū amorē p̄ficiam. Hoc enim totum est dñe (put tu vosti (quod in hijs ommib3 intendo. q̄d 7 tu dñe vti q3 per hec a me requiris. De quatuor p̄ mis cōtēplacōnib3 ḡdib3. Cap. xliij.

¶ Va bone dñe Ego p̄sequere consequēter quod de contemplacōne cepisti dig nanter. Sencio quippe / q ad huc plura restāt. p̄sertim d̄ ꝺtēplacōis ḡ dib3. Vnd̄ desiderātissime te cupio audire

Etiam si pro nunc domine / non omnia intelligo/non egre feras/quia potest venire hora/qua ex tuo dono capiam./qđ nūc me am subterfugit intelligentiam ¶ Domine Aliqua succincte dicam tibi / de gradibz contemplationis./donec ad discendū plura et maiora/fias aptior./pro successu tēporis · Primus contemplationis gradus est./quo creatoris potentia/sapia/et bōnitas/videt in suis creaturis./veluti in signo./simulachro./speculo./exemplo./aut vestigio./per septiformē testimoniū./sedz septiformem creaturaz ordinēm · scilicet origine./magnitudine./multitudine./pulchritudine./plenitudine./opacōne./et ordine Origine quidem /secūdum creationem./distinctionem./et ornatū. Magnitudine / secundum molem./excellētiam./et efficaciam. Multitudine/sedz generalem./specialē./et individualem diuersitatē · Pulchritudine. secundū luminū/figurarum/et colorum/varietatē. Plenitudine / in materia formis plena./in forma/plena virtute./et in virtute / plena effectibus · Operatione./naturali./artificiali./et morali. Ordine

creatnre. racione durac̄onis. situac̄onis. et influencie. In libro scripture. racione diuinarum legum. preceptorum. & iudi c̄orum. Et in corpore ecclesie. rac̄one di= uinorum sacramentorum. beneficiorum. & re tribuc̄onū. Nunc itaq; vide mētis oculis diligenter an ne sufficientē habeas ex hijs materiā contēplandi in creaturis. creato ris potenciam/ sapiēciā & bonitatē Ego Vere ita est domine vt tu dicis. Nam re vera/ bene cecus dicendus est. qui ex tantis creaturarum illustrac̄onibus/ non vi= det creatorem. Sed q̄m bone dñe paru ē intelligere ex creaturis creatorem/ misi so quatur & amare/ Igitur da pijssime dñe/ cum illustrac̄one intellect9/ inflammacio nem quoq; affectus. vt quod de diuina potēcia/ sapiencia/ & bonitate/ p creatura= rum sp̄eculū intelligim9/ eciā in creatore venerātes deuote amem9. Lux enim nob ad salutem non sufficit. misi calor lucis as sit. Continua queso domine de contem= placōnis gradibus Dominus Contē placōnis secund9 gradus ē. quo de9 vide tur in creaturis. n solū vt supra p vestigia.

sed eciam per suam essenciam / potenciam / et presenciam. Et hoc mediantibz quinqz sensuum portis / quibus mundꝰ maior / mundū intrat minorē. Sed intellige nō per substanciam / ꝛ secm similitudines rerum. Quod fit sensibilium apprehēsione / oblectacōne / et diiudicacōne. Ex visibilibus enim creaturis / inuisibilia dei cōspiciūtur. Nā deꝰ est oīs creature origo / exemplar / et finis. Ego Eya dulcissime dñe / qꝫ clarꝫ est / qd loqueris. Da bone domine obsecro / vt q̄zadmod te ex hijs cognoscimus / ita te qꝫ in hijs amemꝰ / bñdicamus / laudemꝰ et glorificemus. Ne forte (quod absit) cū hijs qui eciā te nouerūt / sed nō ut deum glorificauerūt / et ideo prierunt in vanitatibz suis / et nos preamus Dic vltra bone domine Domineꝰ Contemplacōis gradꝰ terciꝰ est / quo deus videtur non tantū p vestigia ad extra ws / quēadmod in oīi relucet creatura / et p= ut fit in iam dictis duobus gradibz / sed cū ws mōtales / intueritis ad ws ipos / scilicet ad mētem vestram / in q̄ diuina relucz ymago / ibiqz intuemini ipsum deum

tanquā pſpeculum. ⁊ in enigmate · ſcili-
cet eiꝰ etnitatē. veritatē ⁊ bonitatē. in t
bus anime potenciis. memoria. intellec=
tu. ⁊ voluntate. Ad hanc autem ſpecula
cōnem noueris multum animam iuuari.
per lumen ſcienciarum · ℣ Nam omnis phi
loſophia/ aut ē naturalis/ que agit de cau
ſa eſſendi/ ⁊ ducit in cōgnicōnem potēcie
patris · aut racōnalis/ que agit de racōne
intelligēdi/ aut ducit in ſapiēcie filij cog=
nicōnem · aut moralis. que agit de ordine
viuendi. ⁊ ducit in bonitatis ſpiritusſāc
ti cognicōnem ℭ Ego ℣ O domine q̄ ani
mas noſtras ad diuinam ymaginem fecl
ſti/ in tribus anime potenciis/ da nobis q̄
ſumus/ ita deitatis eternitatem cogitare/
eius veritatem intelligere/ ⁊ ipſam bonita
tem diligere/ vt a tua gracia/ nūquā exci
damus. ſed ⁊ gloria pfruí mereamur ſem
piterna. ℣ Noſti domine quid reſtat · conti
nua. peto inſtanter ℭ Dominus ℣ Quar
tus contemplacōnis gradus conſiſtit in
hoc. vt videat homo/ deum in ſeipſo · hoc
eſt. in ipſo homine / mente videlicet in=
do ad ſeipſū · ℈ mō alio/ q̄ immediate dem

est supra · vt pote p memoriam / a fantas=
matibus purgatam · per intelligenciam /
a concupiscēciis abstractam · ⁊ p affecti
onem / a sensibilibz suspensā . Sed ad hoc
sciendū / mens hominis indiget scala qua
dam ascendēdi · que quidem fracta fuit in
adam / sed per me qui sum ostium / quo ad
vite eterne pascua intratur / est reperata
Qui igitur michi appropinquauerit per
theologicas virtutes in me credendo / spe
rando / ⁊ amando / per que tria anima pu
rificatur / illuminatur / ⁊ perficitur / in illo
ymago dei reformatur . Nam per virtu=
tes theologicas / anima hominis reforma
ta / disponitur ad excessus mētales / deuo
tione / admiracione / et exultacione . vt sic
fiat homo ierarchicus / idest purgatus /
illuminatus / atqz pfectus ¶ Ego ¶ Eya
pdulcissime domine / qui es sponsus eccle
sie tue sancte / qui es et nobis deus / et
noster pximus / frater / ⁊ dñs / rex et ami
cus / quiqz es verbum increatū / p nobis
incarnatum / noster quoqz formator / et re
formator / alpha et o / principium et finis /
sum9 ierarcha / purga quesum9 / illūia / ⁊

perfice sponsam tuam ⁄ triplici intelligen
tia spirituali / tue sacre scripture ⁄ tropo=
logia videlicz ⁄ per vite honestatem ⁄ allego
ria ⁄ per intelligentie claritatem ⁄ et anago
gia ⁄ per excessius mentales ⁄ vt in oībz
nobis laus tua iugiter pficiat̄ ⁄ ne opa
tue potencie / sapiencie / et bonitatis / in no
bis depreant. Sed quid vltra? ¶ Dñs
Superest adhuc de duobz loqui ḡdibz ⁄
De tribus alijs cōtemplationis grādibz ⁄
Capitulū xlv Dominus

Ado ausculta (dixit domi⁹)
de gradu quinto contempla=
cōnis. ¶In quo p contēplantē /
potest videri de⁹ ⁄ nō solū ext̄
⁊ int̄ cōtemplantē ⁄ p vestigiū videlicet ⁊
ymaginem ⁄ vt iam supius tactū est ⁄ sed
eciam supra ipsū ⁊cōplantē ⁄ scilicet p lu=
men qđ signatū est ꝯ super vos ⁄ ⁊ sup mē
tem vrām ⁄ Quod lūmē / est lumen verita
tis ⁄ ⁊ claritatis eterne. Hoc modo videt̄
deus a contēplante / vt primum ⁊ prin
cipale esse ⁄ necnon vt summum bonum.
Vt primum esse equidem / non habens p
teritum neqꝫ futurum ⁄ sed tātum preses

2b

Omnis multitudinis / vniuersale principium · atq; omniū causa efficiens / exemplans / ⁊ determinās · quēadmodū / ⁊ ipse est omnibus / causa essendi / racō intelligendi / et ordo viuēdi . Nam ipse est spera intelligibilis / cuius centrum est vbiq; / et circūferētia nusq̄ . Videt vero deꝰ hoc modo / vt sūmum bonū · quia vt bonū quo nichil melius / nichil nobilius / nichil dignius / omnipotens / oīsciens / ommimode bonum · Ideoq; hoc bonū perfecte videre / ē esse vere beatū / ⁊ perpetuo felicē

¶ Ego // O domine / fac nos quesumꝰ te semp hic taliter videre / pfidem / spem / et caritatem · vt tādem venire mereamur / ad huiꝰ visionis rem et veritatem . Et dic bone domine vltra in assūpta materia //

¶ Dñs Prosequar qđ petis · Sextus otemplandi gradus est / quo videt deus trinus in personis / ⁊ vnꝰ in essencia Licz autem mens humana / capere nequeat / quō deꝰ est trinꝰ in pſonis / ⁊ vnꝰ in essēcia potest tamē aliqualiter racōe pſuaderi Nam bonū est diffusiuū sui ipsius Summum aūt bonum / est sūme diffusiuum sui

Summa vero diffusio/ esse non potest/ ni
si sit actualis ./ et intrinseca ./ substancia=
lis/ ⁊ ypostatica ./ naturalis / et volunta
ria./ liberalis/ et necessaria./ indeficiens/ et
perfecta . Itaq; quoniam in deo est dilec
tus et condilectus/ genitus ⁊ spiratus /
hoc est./ pat̄ /et filius/ et spiritussanct̄ ./
